ANIMADVERSIONES CRITICAE IN PLUTARCHI MORALIA.

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

SCRIPSIT

G. C. N. BOLLAAN.

LUGDUNI-BATAVORUM,

APUD S. C. VAN DOESBURGH.

MDCCCLXXIX.

ANIMADVERSIONES CRITICAE IN PLUTARCHI MORALIA.

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

SCRIPSIT

G. C. N. BOLLAAN.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD S. C. VAN DOESBURGH.
MDCCCLXXIX.

ANIMADVERSIONES CRITICAE IN PLUTARCHI MORALIA.

LUGD.-BAT.: TYPIS L. VAN NIFTERIK HZ.

ANIMADVERSIONES CRITICAE IN PLUTARCHI MORALIA.

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

A. E. J. MODDERMAN,

JUR. ROM. ATQUE HOD. DOCT. ET IN FACULTATE JURIDICA PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS, FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

Guilielmus Christianus Nicolaus Bollaan,

ULTRAJECTINUS,

DIE XXII MENSIS FBRUARII A. MDCCCLXXIX, HORA III—IV.

LUGDUNI-BATAVORUM,

APUD S. C. VAN DOESBURGH.

MDCCCLXXIX.

Parentibus Optimis Carissimis.

Perpauca huic libello mihi praefari liceat. Si illud „in magnis voluisse sat est" apud antiquos valde probatum, hac quoque aetate valet, in me non minus quadrare credo. Profiteor voluntatem mihi non defuisse: quotidianis vero laboribus distractum prohibuit me temporis angustia quominus id quod mihi proposueram efficerem.

Academiam relinquens laeto animo Iis gratias ago quorum institutione, usu auxilioque semper summopere gaudebam. Credite, vestrum memoria perpetuo in animo haerebit: non facile obliviscar vestra opera vestrisque monitis nisum me ausum esse cum aliis ea communicare quae a Vobis didici.

OBSERVATIONES CRITICAE IN PLUTARCHI MORALIA.

De Garrulitate p. 502. F. Describitur garruli hominis molestia: auditoribus semper caret: omnes eum fugiunt, *κἂν ἐν ἡμικυκλίῳ τινὶ καθεζόμενοι, κἂν περιπατοῦντες ἐν ταὐτῷ θεάσωνται προσφοιτῶντα, ταχέως ἀνάζευξιν αὐτοῖς παρεγγυῶσι.* Si qui (malim enim *τινές*) sive in circulo considentes sive ambulantes appropinquantem vident garrulum, mox sibi ipsis migrationem indicunt, ipsi consurgunt ut garrulum effugiant, quod aliter exprimi non potest nisi *αὑτοῖς παρεγγυῶσιν ἀνάζευξιν.*

p. 503. C. Miror apud Dübnerum legi: *ἐὰν μηδ' ἀνειλληται.* Forma est iamdudum damnata: restituendum *ἀνίλληται*, de qua re cf. Cob. Nov. Lect. p. 457.

p. 504. B. *ἥδιόν γέ τοι πονηροῖς ὁμιλοῦσιν ἐπιδεξιοῖς ἢ χρη-*

στοῖς ἀδολέσχαις. Iucundius est cum pravis hominibus colloqui qui eleganter, venuste et opportune verba faciant, quam cum probis garrulis. Haec graece exprimuntur *ἥδιον ὁμιλεῖν*. Nullus locus est participio.

p. 504. F. *ἀφ' ὧν θαυμάζεσθαι* (scil. *οἴονται*) *καταγελώμενοι καὶ δι' ὧν φιλεῖσθαι, δυσχεραινόμενοι.* Noto vitio scriptum est *ἀφ' ὧν* pro *ὑφ' ὧν θαυμάζεσθαι οἴονται.*

p. 505. B. *Ὁ Σύλλας ἐνέπλησε* (*τὰς Ἀθήνας*) *φόνου καὶ νεκρῶν.* Mutandum *ἀνέπλησε* quod semper dicitur de rebus malis sordidisque quibus aliquid impletur: *ἐμπιμπλάναι* contra constanter in usu est de rebus bonis et faustis.

p. 506. F. Multus est noster in demonstrando quam periculosum sit arcana sibi commissa aliis narrare. Audi modo ipsum: *κἂν μὲν ἐκεῖνος* (cui secretum commisisti) *ὅμοιός σοι γένηται, δικαίως ἀπόλωλας· ἂν δὲ βελτίων, σώζει* (sic enim legendum puto pro *σώζῃ*) *παραλόγως, ἕτερον εὑρὼν ὑπὲρ σεαυτοῦ πιστότερον.* Significare debet *ὑπὲρ σεαυτοῦ* tua causa, in tuam gratiam. Sed haec minime eleganter expressa sunt, neque hoc vult, hominem tacitum in gratiam garruli amici reticuisse arcanum: hoc nec cum sententibus congruit et refutatur ipso verbo *πιστότερον* in quod recidit tota emphasis: tantummodo indicatur *ἐκεῖνον* esse maioris fidei quam tu es. Nihil opus est igitur verbo *ὑπέρ*: fortasse natum est ex praecedente *εὑρών*: quam ob rem molestam praepositionem expungendam censeo.

p. 507. B.

Μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας
πρήσειεν ἄν τις, καὶ πρὸς ἄνδρ' εἰπὼν ἕνα,
πύθοιντ' ἂν ἀστοὶ πάντες.

Talis nominativus absolutus qualis hoc loco legitur *εἰπών* nusquam occurrit. Intacto metro hanc medelam propono:

πρήσειεν ἄν τις, κἂν πρὸς ἄνδρ' εἴπῃς ἕνα,

p. 508. A. *Φούλβιος* δὲ ὁ Καίσαρος ἑταῖρος et quae sequuntur. Φούλβιος ut recte monet Meziriacus mutandum est in *Φάβιος*. cf. Tac. Ann. 1, 5 ubi tota historia concinne narratur quamvis res alium habeat exitum.

p. 508. D. ὥσπερ οἱ παῖδες τὸν κρύσταλλον οὔτε κατέχειν οὔτε ἀφεῖναι θέλουσιν. Verum vidit Cob. Mnem. VI, 1. pag. 19, qui post κατέχειν inserit δύνανται.

p. 508. F. *ἀμωςγέπως*. legendum est *ἀμῶς γέ πως*.

p. 510. A. *ἐξαγορεῦσαι*. dicere oportuit *ἐξειπεῖν*. Ib. E. ἀπ' αὐτῶν γινομένων mutandum in ὑπ' αὐτῶν; deinde F. ἐοικέναι bene graecum esset εἰκέναι. Haud ita multo post legitur: Καὶ ὁ Λυκοῦργος εἰς ταύτην τὴν δεινότητα τοὺς πολίτας εὐθὺς ἐκ παίδων τῇ σιωπῇ *πιέζων* συνῆγε cett. Aliquem assuefacere ut taceat erit, opinor, ἐθίζειν τῇ σιωπῇ non, ut hic legimus, πιέζειν. Apud scribas dormitantes facile ΠΙЄΖΩΝ et ЄΘΙΖΩΝ mutari et confundi potuere; quam ob rem legendum censeo τῇ σιωπῇ *ἐθίζων*. Verbum πιέζειν proprie de iis dicitur qui manibus panem aut alia huiusmodi premunt, ut apud ipsum Plutar-

chum in Vita Lycurgi c. 12 ὁ δ' ἐκκρίνων σφόδρα τῇ χειρὶ πιέσας (scil. τὴν ἀπομαγδαλίαν). Figurate significat urgere, instare, sed nunquam, quod hic significare debet, assuefacere.

p. 513. B. Jocose describitur genus respondendi περισσόν. Garrulus quidam rogatus: „Intusne Socrates?" respondet: οὐκ ἔνδον sed addit nugas et tot res supervacuas ut ὅλως τὴν ὀγδόην Θουκυδίδου κατατεινάμενος ἐρεῖ καὶ κατακλύσει τὸν ἄνθρωπον ἕως φθάσῃ καὶ Μίλητος ἐκπολεμωθεῖσα καὶ φυγαδευθεὶς τὸ δεύτερον 'Αλκιβιάδης. In versione latina mihi offendit „eoque auditorem proluet": κατακλύζειν est obruere undis, quod notissimum est et inde κατακλυσμὸς diluvium.

p. 514. C. Jocose admodum et suaviter deridetur homo garrulus, qui forte fortuna duos vel tres libros Ephori historiae scriptoris legerat, et omnibus apud quoscunque esset nauseam moveret, semper et ubique narrando pugnam apud Leuctra et ea quae sequebantur, ὅθεν 'Επαμινώνδας παρωνύμιον ἔσχεν. Quamvis παρωνύμιον ἔσχεν sit notio passiva et quasi genus passivum verbi activi παρονομάζειν (sive ἐπονομάζειν) tamen dubito num bene graecum sit 'Επαμινώνδας παρωνύμιον ἔσχεν. Credo nominativum in genetivum mutandum esse et legendum: 'Επαμεινώνδα.

p. 515. C. Loquitur noster de nonnullis affectionibus damnosis quas ἄριστον μὲν ἐξωθεῖν καὶ καταλύειν εἰς ἔδαφος: καταλύειν vero ut κατάγεσθαι nihil aliud est quam devertere,

unde κατάλυσις et πανδοκεῖον et καταγωγὴ deversoria significant, quae apud antiquos pessime audiebant. Intransitive igitur positum est καταλύειν, quum hoc loco poscatur verbum transitivum eiusdem fere significationis atque ἐξωθεῖν. Quid multis verbis opus est? Modo legamus καταδύειν εἰς ἔδαφος, recte se sententia habebit: optimum est eas affectiones expellere, solo prosternere, perdomare, ut sic tranquillitate animi utamur. Λ et Δ ut saepissime, sic hoc quoque loco inter sese confunduntur.

De Curiositate. p. 517. A. Οἷον, εἴ τις ἀκονίτου γεύοιτο, πολυπραγμονῶν τὴν ποιότητα, φθάσει τῆς αἰσθήσεως προανελὼν τὸν (προ)αισθόμενον· οὕτως οἱ τὰ τῶν μειζόνων κακὰ ζητοῦντες, προαναλίσκουσι τῆς γνώσεως ἑαυτούς. „Ut ii qui virtutis aconiti cognoscendae causa, degustant, moriuntur priusquam virtutem cognoverint, sic ii qui infortunia conquirunt potentiorum, priusquam cognoverint quod quaerebant, semet ipsos pessumdant." In hisce mihi diu offendit τὸν (προ)αισθόμενον quod sic apud Dübnerum editur. Sufficit προανελὼν ἑαυτόν et malim hoc quam illud quod Wyttenbachius dedit: αὑτὸν προαισθόμενον vel τὸ προαισθόμενον. Non modo verbo προαισθόμενον nihil opus est, verum etiam vitiosum est, praecedit enim diserte γεύοιτο i. e. ipse degustat, non γεύοι alii gustandum praebet: igitur is qui degustavit aconitum non alium occidit sed semet ipsum. Satis inepte et insulse sequeretur illud τὸν προαισθόμενον.

p. 518. B. Versamur in comparatione eiusdem fere formae atque in pag. 508. D. Amat Plutarchus sententias suas expri-

mere et illustrare imaginibuse vita desumptis, quemadmodum hoc loco aures τοῦ πολυπραγμονοῦντος comparantur cum cucurbitulis et cum portis nefandis tristibusque urbis: audi modo ipsum narrantem: ὥςπερ αἱ πόλεις ἔχουσί τινας πύλας ἀποφράδας καὶ σκυθρωπὰς, δι' ὧν ἐξάγουσι τοὺς θανατουμένους, καὶ τὰ λύματα καὶ τοὺς καθαρμοὺς ἐκβάλλουσιν, εὐαγὲς δ' οὐδὲν οὐδὲ ἱερὸν εἴςεισι δι' αὐτῶν οὐδὲ ἔξεισιν· οὕτω καὶ τὰ τῶν πολυπραγμονούντων ὦτα χρηστὸν οὐδὲν οὐδὲ ἀστεῖον, ἀλλ' οἱ Φονικοὶ λόγοι διέρχονται cet. Quis non statim videt post ἀστεῖον inserendum esse διίησιν aut tale quid? Verbum enim finitum plane abest. Ceterum videmus Plutarchum non satis sibi placuisse et postquam usus esset prima comparatione, ei in mentem venisse aliam qua valde gaudet: addit enim αὐταρκῶς: μᾶλλον δὲ ὥσπερ cett.

p. 519. A. οὐ γὰρ ἧς πρωΐ κατ' ἀγοράν; ἧς prava forma pro ἦσθα. In versione latina discernenda fuissent ea quae homo curiosus rogat et ea quae respondet homo obviam factus nugatori curioso. In textu vulgari a „Novine" usque ad „immutatam" sunt verba viri curiosi. Sed haec sententiae repugnant. Ὁ πολυπραγμονῶν obviam factus alicui rogat: „Ecquid novi? Jam mane in foro ambulasti?" Cui alter, iratus et irritatus molestiis quas sibi exhibet ὁ πολυπραγμονῶν, respondet: „Quid? Num putas trium horarum spatio totam urbem mutari posse vel mutatam esse?" Sequentia recte cohaerent: aut est aliquid novi, aut non est.

p. 520. A. ἄν τις κατασκέπτηται forma posterioris aetatis pro κατασκοπῇ. Ibidem editur: ἄν τις κατασκοπῇ πολλῶν ἀχρήσ-

των καὶ ματαίων καὶ ἀτερπῶν γέμουσαν, ἴσως ἂν αὐτῷ τὸ πρᾶγμα π ρ ο σ τ α ί η, φανὲν ἀηδὲς καὶ φλυαρῶδες. Προΐσταται τὸ πρᾶγμα nihil aliud significat quam: res ante oculos mihi versatur sive animo res obversatur: sententia vero postulat, quod apparet ex praecedentibus et ex sequentibus: offendit, fastidiosa, molesta ei res est: addita una literula res optime se habebit, modo legamus π ρ ο ς σ τ α ί η. προςίσταταί μοι, τοῖς ἀκούουσιν, ut nemo nescit, significat o f f e n d i t m i h i. Cf. Schaef. Dion. Comp. p. 141.

Saepissime peccatum video in praepositionibus. Operae pretium est addere nonnulla exempla. Editur p. 253 A. in libro qui inscribitur „de mulierum virtutibus": Ἀριστότιμος οὕτως ἐξεθάρσησεν ὥστ' ἄνευ δορυφόρων εἰς τὴν ἀγορὰν προςελθεῖν. Quisque, credo, mihi concedet π ρ ο ς ε λ θ ε ῖ ν mutandum esse in π ρ ο ε λ θ ε ῖ ν quod latine dicitur p r o d i r e in forum, in publicum.

Sic 325. E. legimus: Τίς γὰρ οὐκ ἂν ὡς ἀληθῶς ἐκπλαγείη καὶ θαυμάσειεν ἐμπαθὴς γενόμενος.... καὶ ἀ π ο β λ έ ψ α ς ἄνω, λαμπρότητα τῶν ἀναθημάτων; cett. ἀποβλέπειν ἄνω est, ut vulgo dicitur, contradictio in terminis. Nemo unquam, credo, sursum despiciet; legendum est ὑποβλέψας cf. Var. Lect. p. 275. sqq. Sic p. 342. D. Ἀλέξανδρος αὖθις ὥρμητο καὶ ἔσπευδε πρὸς τὴν διάβασιν (π ά λ ι ν) ubi π ά λ ι ν expungendum est, quippe quum ortum sit ex sequentibus: ἡ δὲ πάλιν; sequitur ἡ δὲ πάλιν αὐτῷ τὰς Θήβας ἐ ν έ σ ε ι σ ε: eodem vero Plutarcho consulto, inveniemus in Vita Themistoclis c. 4: Θεμιστοκλῆς συνέπεισεν (scil. τοὺς Ἀθηναίους) οὐ Δαρεῖον οὐδὲ Πέρσας ἐ π ι σ ε ί ω ν ἀλλ' ἀποχρησάμενος τῇ πρὸς Αἰγινήτας ὀργῇ. Statim sequitur eiusdem generis vitium: τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον κ α τ έ β α λ ε, ubi ipsa ratio nos admonet ut legamus ὑ π έ β α λ ε ν. Prius-

quam finem faciam, liceat mihi emendare locum elegantem p. 1089. E. καὶ πῶς οἷόν τε, τῆς βάσεως τιναττομένης, μὴ συντινάττεσθαι τὸ ἐνόν; Figurate loquitur de gaudio corporis et de animi laetitia, quorum illud basis appellatur: qua basi concussa, necesse est etiam illud quod inest concutiatur: immo vero quod super est, i. e. τὸ ἐπόν. — P. 1099. C. Studia et voluptates, inquit, honestae ἀναφανίζουσι καὶ κατασβεννύουσι corporis voluptates. Nunquam vidi aut audivi verbum ἀναφανίζειν: praepositio ἀνὰ in cerebro nescio cuius scribae nata statim delenda est ut sana sententia exoriatur, quam ob rem legendum censeo: ἀφανίζουσι.

Redeamus post hanc digressionem ad eum locum ubi constiti. p. 520. D. τῶν πρώτων ἀναμιμνησκέτωσαν ἑαυτούς, quae forma macedonica mutanda erit in ἀναμιμνησκόντων. In fine eiusdem paginae sub litera F. legitur: καθάπερ οἱ κυνηγοὶ τοὺς σκύλακας οὐκ ἐῶσι διώκειν πᾶσαν ὀδμήν. ὀδμὴ est vocabulum priscum et cascum quo ii utuntur qui Ionica dialecto scribunt ut Herod. 8, 138. ῥόδα ὀδμῇ ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων. Forma attica ὀσμή est.

p. 521. C. δεῖ δὲ, ὡς οἶμαι, μὴ, καθάπερ θεράπαιναν, ἀνάγωγον ἔξω ῥέμβεσθαι τὴν αἴσθησιν. Comma post θεράπαιναν delendum est: ἀνάγωγον enim arcte coniunctum est cum θεράπαιναν, non cum ῥέμβεσθαι, quod si ita esset, utendum Nostro fuisset adverbio.

p. 522. B. Hoc consilium dat noster ut assuefiamus temperantiae: πειρῶ, inquit, βουλομένου τινὸς ἀγγεῖλαί τι τῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὑπερβαλέσθαι. Τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας sedem hoc loco non

habent: certa et constans locutio est τὰ περὶ τῆς οἰκίας res domesticae: saepissime inter sese confunduntur ἐπὶ et περὶ, de qua re cf. Cob. Var. Lect. p. 692.

p. 522. D. οὕτω τίς ἐστι γλυκύπικρος καὶ ἀκατάσχετος ὁ τῆς πολυπραγμοσύνης γαργαλισμὸς, ὥσπερ ἕλκος αἱμάσσων ἑαυτὸν ὅταν ἀμύσσηται. Itaque sic haec vertenda sunt: pruritus curiositatis est ita iucundus ut vulnus se ipsum sanguine commaculans ubi pungitur. Quae non congruunt cum graecis, αἱμάσσων enim in vulgata refertur ad pruritum: sed pruritus non sanguine se commaculat verum vulnus ipsum hoc facere fingitur. Igitur legendum censeo: αἱμάσσον ἑαυτόν.

p. 522. E. Ὅταν δέ τις οἷς ἔξεστιν ἰσχυρὸν ἀπεργάσηται. Dubius mihi hic usus loquendi videtur. Aut post τις excidit τούτων, aut οἷς in ᾧ mutandum est.

p. 523. F. Avaritia multos pessumdedit mortales: hunc domus magnifica debitorem reddidit, illum olivetum finitimum, rursus alium equi iugales praecipitem dederunt in voraginem συμβολαίων, fenorum et pignorum. Immo συμβόλων, contractuum. Ut monuit Vir Clariss. Cob. Nov. Lect. p. 167 et 168 συμβολαῖος graecum non est, σύμβολον contra bene graecum vocabulum significat pactum, contractus.

p. 524. B. εἰ δέ τις ἔχων πέντε κλίνας, δέκα ζητεῖ καὶ κεκτημένος δέκα τραπέζας, ἑτέρας συνωνεῖται τοσαύτας cett. συνωνεῖσθαι locum hic non habet: insuper emere est ἐπωνεῖσθαι. Sexcenties praepositiones σύν, ἐν et ἐπί commutantur.

p. 525. A. Editur:

> *παρ' ἐμοὶ γάρ ἐστιν ἔνδον, ἔξεστιν δέ μοι*
> *καὶ βούλομαι τοῦτ'*
> *ὡς ἂν ἐμμανέστατα ἐρῶν τις*
> *οὐ ποιῶ δέ·*

In Nov. Lect. p. 42 Cob. constituit versum genuinum ut a Menandro scriptus est:

> *καὶ βούλομαι τοῦθ' ὡς ἂν ἐμμανέστατα*
> *ἐρῶν τις, οὐ ποιῶ δέ·*

In eadem pag. D. eiusdem emendationem ambabus manibus arripio quam miror n o n arreptam et receptam esse a Dübnero: is enim securus haecce nobis vendit. Sunt verba mariti ad eum qui uxorem stupraverat: *Ὦ ταλαίπωρε, τίς ἀνάγκη; σαπρὰ γὰρ ἁ προίξ.* Quae libere confiteor me non intellexisse donec inciderem in locum emendatum: *τίς σ' ἀνάγκασεν; ἀμὲ γὰρ ἁ προίξ,* quae plena acerbitatis sunt et, ut ita dicam, cynicum redolent.

Quae statim sequuntur *ἄγε σύ* vitiosa arbitror esse culpa typographi, qui spiritum asperum in lenem mutavit: verum erit: *ἅγε σύ.* Paullo post Dübnerus sensit sententiam non recte se habere: *σὺ δὲ τοσαῦτα πράγματα συνέχεις καὶ ταράττεις* cett., quam ob rem delevit *συν* sed rem non acu tetigit: verum vidit iterum Cob. qui emendat *συγχεῖς* i. e. *ταράττεις,* tu, qui moves, susque deque vertis omnia: quod planissime cum sententia congruit.

p. 526. C. Dübnerus: *ἀκόλαστα πάντη γίνεται δούλων τέκνα.*
Cobetus: *ἀκόλασθ' ὁμιλεῖν γίγνεται δούλου τέκνα.*

Quarum lectionum secundam praeferrem, etiamsi non constaret ex ipso Euripide.

p. 526. D. *οἱ τῶν φιλαργύρων παῖδες ἀναπίμπλανται τῆς φιλοπλουτίας ἀπ' αὐτῶν τῶν πατέρων*: ubi recte verbo *ἀναπιμπλάναι* utitur sed perverse scripsit *ἀπὸ τῶν πατέρων*: semper et ubique enim apud verbum passivum solutae orationis scriptores utuntur *ὑπὸ*, poetae *πρός* et *ἐκ* sed nunquam *ἀπό*.

p. 527. F. *Σωκράτης δ' ἂν εἶπεν ἢ καὶ Διογένης·*

Ὅσσα τά γ' ἄθλια πολλὰ

[*καὶ ἄχρηστα καὶ μάταια·*]

γέλως μ' ἔχει εἰςορόωντα.

Delenda sunt quae uncinis inclusi: turbant haec verba sententiam, demunt omnem vim et leporem: his omissis revera satis lepide et venuste auctor noster adhibuit versus Homericos: coniungendae sunt igitur duae partes ita ut in unum versum coalescant:

Ὅσσα τά γ' ἄθλια πολλά· γέλως μ' ἔχει εἰςορόωντα·

ἄχρηστα καὶ μάταια explicant *ἄθλια* sed satis notum est *τὰ ἄθλια* esse res miseras, res parvi momenti. Itaque explicatio insulsa tam debilem reddit sententiam ut haud ferenda videatur, quamvis sit res lubrica apud Plutarchum *τὸ ἀθετεῖν*: qua in re assentior amico meo Abreschio dicenti: „apud Plutarchum utpote auctorem nimia fere verborum copia laborantem facile non est decernere, utrum vocabulum aliquod, quod orationis cursum morari nobis videatur, emblema sit annon." Attamen inter legendum mihi videor invenisse nonnulla quae

melius non posita fuissent. Ordine mihi liceat ea enumerare.

p. 243. F. Editur: *εὖ τε καὶ καλῶς πράττουσιν ἀνθρώποις.* Quoniam verba sic posita nemini suspicionem moverent propterea quod contemplari ea oportet in contextu, paulo altius rem repetam pluribusque verbis exponam. Verba ipsa sunt elegantissima et rectissima: sensus vero percipi in contextu non facile poterit. Quid agitur? Troia eversa est, miseri incolae fugiunt, mari vagantur et tandem appellunt in Italiam ubi ducibus carentes incerti trepidant nescientes quo locorum habitatum concessuri sint. Mulieres vero (ut semper genus muliebre est sagax et sollers) secum reputant quamvis *ἵδρυσιν* meliorem esse omnibus istis erroribus malisque. Hucusque omnia recte procedunt, sed addunt mulieres *ἵδρυσιν* meliorem esse hominibus qui in re lauta sunt, qui *εὖ τε καὶ καλῶς πράττουσιν.* Quid hoc ad rem, quaeso? Num ipsi et ipsae tam felici sorte utebantur? Non credo: pauci hanc sortem, deo annuente, sibi eligerent. Quo modo haec verba irrepserint, ostendere nequeo: sed persuasum mihi habeo eiicienda esse quippe quum sensu careant.

p. 248. B. In Lycia hoc portentum factum esse narratur: Bellerophontes contumeliose tractatus a rege Iobate ei imprecatus est a Neptuno infortunium: quo facto statim mare in terram invasit. Viri a Bellerophonte veniam impetrare non potuerunt: mulieres vero tunicis sublatis hoc effecerunt ut Bellerophontes prae pudore recederet et simul cum eo fluctus. Alii minus superstitiosi narrant mare non ab eo adductum esse sed *τοῦ πεδίου τὸ πιότατον ὑποκεῖσθαι τῇ θαλάττῃ* [*ταπεινότερον*]. Quis non videt *ταπεινότερον* esse miseram expli cationem ludi magistri qui monet quid sibi velit *ὑποκεῖσθαι*

τῇ θαλάττῃ. Iam in ipso verbo ὑποκεῖσθαι inest τὸ ταπεινότερον, quam ob rem statim expungendum censeo, ideoque uncinis inclusi.

p. 260. A. In excidio Thebarum Timoclea capitur a milite cuius insolentibus minis haec respondet: ὤφελον μὲν τεθνάναι πρὸ ταύτης ἐγὼ τῆς νυκτὸς, ἢ ζ ῆ ν, ubi ἢ ζῆν manifestum emblema est. Deinde ea quae statim sequuntur: τὸ γοῦν σῶμα πάντων ἀπολλυμένων ἀπείρατον ὕβρεως διεφύλαξα vitium contraxerunt: desidero enim particulam ἂ ν post ὕβρεως. Quamvis enim non diserte narretur Timocleam violatam esse, tamen hoc satis apparet ex praecedente ἐκάλει συναναπαυσομένην, ex militis minis, se eam δ ι ὰ π α ν τ ὸ ς uxoris loco habiturum esse, et magis etiam ex verbis sequentibus: πεπραγμένων δὲ οὕτως, inquit Timoclea, i. e. sed quum res ita verterit, εἴ σε κηδεμόνα καὶ δεσπότην καὶ ἄνδρα δεῖ νομίζειν, οὐκ ἀποστερήσω σε τῶν σῶν. ἐμαυτὴν γὰρ ὅτι βουλήσῃ ὁρῶ γεγενημένην, quod participium commendat addere particulam ἄν.

p. 638. B. εἱστιῶμεν τ ὰ ἐ π ι ν ί κ ι α ubi elegantius esset verbis duobus per crasin coniunctis τ ἀ π ι ν ί κ ι α et ὁ πλεῖστος λόγος ἦν περὶ τῶν παλαιστῶν ubi legendum πλεῖστος ἦν λόγος, omisso articulo cui nullus locus est.

p. 856. E. Herodotus narrat τὸ κάλλιστον ἔργον καὶ μέγιστον τῆς Ἑλλάδος ἀβελτερίᾳ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον γενέσθαι διὰ γυναῖκα φαύλην. Potesne aliquid stultius eminisci? Modo mutata voce recites haec verba τ ὸ ν Τ ρ ω ϊ κ ὸ ν π ό λ ε μ ο ν et statim audies insulsum additamentum esse. Primo iam ipse locus horum trium verborum indicat emblema esse et deinde nondum obliti sumus pulcherrimam maximamque Graeciae expeditionem propter „teterrimum cunnum" susceptam fuisse bellum Troianum.

p. 529. A. Redeo eo ubi substiteram. In versiculo sequenti leve mihi offendit vitium:

Ἐν δὲ τὸ θαρραλέον τε καὶ ἐμμενὲς ὅππη ὀροῦσαι
Φαίνετ' Ἀναξάρχου κύνεον μένος.

ὅππη ὀροῦσαι: *ὀροῦσαι* est vetus forma tertiae personae singularis aoristi optativi a verbo *ὀρούειν*, postea *ὀρούσειεν*. Quodsi ita est, *αι* in optativo, quod ad accentum attinet, pro producta vocali habetur: igitur perverse positus circumflexus necessario mutandus erit in acutum: *ὀρούσαι*.

p. 531. C. *Ὁ δὲ ἐθίσας μήτε σκώπτοντος ἀφυῶς ἐπιγελᾶν, μήτε λέγοντος ἐπαινεῖν παρὰ τὴν γνώμην, οὐκ ἐάσει μέχρι τούτου προελθεῖν οὐδ' εἰπεῖν πρὸς τὸν ἐν ἐκείνοις ἀδυσώπητον· ὅμοσον ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ τὰ ψευδῆ μαρτύρησον.* Is qui se assuefecit ut neque arrideat homini iocoso neque applaudat contra opinionem oratori, is non patietur rem eo deduci nec sustinebit dicere ad eum qui in tali re pudore careat: „jura pro me et falsum exhibe testimonium!" Haec ad hominem *δυσώπητον* dici non posse ostendere conabimur. Praecedit tota narratio exhibens quendam vitioso pudore adductum esse ad falsum iusiurandum dandum. Pergit auctor et autumat eum, cui mens sit satis libera et constans, passurum non esse rem eo deduci neque hominem impudentem talia ex se quaerere: namque *εἰπεῖν τὸν δυσώπητον* pendet ab *ἐάσει*: sin autem retinebimus praepositionem *πρὸς*, orietur sententia plane contraria. Aut igitur delendum *πρὸς* aut inserendum post *πρὸς* vocabulum *ἑαυτόν*.

p. 532. E. Explicatur quaenam infortunia saepe vitiosus

pudor secum trahat: initium facit in ea re quae eheu! nostra quoque aetate saepe accidit: audi modo ipsum Plutarchum suaviter narrantem: *καὶ γὰρ αἰτοῦντος ἀργύριον φίλου, δυσωπηθέντες ἀντειπεῖν, οὐκ ἔχοντες, ἀσχημονοῦσι μετ' ὀλίγον ἐξελεγχόμενοι· καὶ* (et nunc sequitur quod peius est summaeque perfidiae testimonium) *βοηθήσειν ὁμολογήσαντες ἐνίοις δίκην ἔχουσιν, εἶτα τοὺς ἑτέρους διατραπέντες ἀποκρύπτονται καὶ δραπετεύουσιν.* Ii qui vitioso pudore laborant promiserunt auxilium nonnullis qui iudicio urgentur, sed quum in eo sit ut testimonium dicant aliove modo opem ferant, territi occulunt se *τοὺς ἑτέρους* et aufugiunt. Quosnam *ἑτέρους* latent, quaeso? Nonne melius erit legere *τοὺς ἑταίρους*? Latent eos amicos quibus auxilium polliciti sunt. Notum est *αι* et *ε* saepe confundi. Ridiculum in modum *πεδίον* pro *παιδίον* editur, *ἔλεον* pro *ἔλαιον*. Obiter p. 532 D. *φιλονεικίαις* mutandum erit in *φιλονικίαις*.

p. 536. A. Loquitur de iis qui aures praebeant adulatoribus, *πεισθέντες ὑπὸ τῶν ἐπαινούντων ὡς μόνους ἄνδρας καὶ μόνους ἀκολακεύτους, καὶ νὴ Δία στόματα καὶ φωνὰς προςαγορευόντων.* Quid sibi velit *στόματα καὶ φωνὰς προςαγορεύειν* aliquem, nescio: haec verba sananda relinquo feliciori critico: ego satis habeo vulnus ostendisse.

p. 536. B. *ἱστοροῦσιν Ἀλεξῖνον τὸν σοφιστὴν πολλὰ φαῦλα λέγειν περὶ Στίλπωνος τοῦ Μεγαρέως.* Dicunt Alexinum multa male dixisse Stilponi; sed hoc non est *φαῦλα λέγειν* verum *φλαῦρα λέγειν*: *φαῦλος* est *εὐτελής*: *φλαῦρος* significat *κακός, πονηρός*. Si quis testimonium desiderat, inspiciat Aristoph. Lysistr. vs. 14 ubi legimus:

εἰρημένον δ' αὐταῖς ἀπαντᾶν ἐνθαδὶ
βουλευσομένκισιν οὐ περὶ φαύλου πράγματος
εὕδουσι κοὐχ ἤκουσιν.

ad consulendum de re haud parvi momenti, non minimi pretii, d' une bagatelle apud Gallo-Francos. Una et eadem opera emendabimus p. 541. E. *αἰσχρὸν ἀποδεικνύῃ καὶ φαῦλον* legendo *φλαῦρον* et p. 545. D. *ὅπου ἔπαινος ἡμαρτημένος βλάπτει, ζῆλον ἐμποιῶν πρὸς τὰ φαῦλα καὶ προαίρεσιν πονηράν* legendo *φλαῦρα*: hoc enim loco luculenter apparet vitium quoniam *φλαῦρα* arcte coniunctum est eum *πονηράν* eiusque *συνώνυμον*. Iocum iuvat memorare ex Suet. Vit. Vespas. c. 22. „Mestrium Florum consularem, admonitus ab eo, plaustra potius quam plostra dicenda, postero die Flaurum salutavit."

p. 538. B. Plutarchus non semper historici officio accurate et diligenter fungitur: sic legimus: *Ἀλέξανδρος φθονοῦντα μὲν οὐδένα εἶχε, μισοῦντας δὲ πολλοὺς ὑφ' ὧν τέλος ἐπιβουλευθεὶς ἀπέθανεν.* Diserte igitur docet noster Alexandrum insidiis inimicorum diem obiisse. Ecce veracem historicum! Ipse in Vit. Alexandri c. 75 narrat: *κἀκεῖ* (apud Medium) *πιὼν ὅλην τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἤρξατο πυρέττειν .... Ἀριστόβουλος δέ φησιν αὐτὸν διψήσαντα σφόδρα πιεῖν οἶνον· ἐκ τούτου δὲ φρενιτιᾶσαι καὶ τελευτῆσαι τριακάδι Δαισίου μηνός.* In c. 76 narrantur ea quae in actis diurnis regis (*ἐν ταῖς βασιλείοις ἐφημερίσιν*) scripta sunt, ubi ne verbo quidem mentio fit caedis aut in regem coniurationis. Unde igitur *τὸ ἐπιβουλευθεὶς ἀπέθανεν*? Ex iis fortasse quae c. 77 indicat, suspicionem exstitisse regi venenum traditum esse Aristotele et Antipatre auctoribus: sed *οἱ πλεῖστοι τὸν λόγον ὅλως οἴονται πεπλάσθαι τὸν περὶ τῆς*

φαρμακείας· καὶ τεκμήριον αὐτοῖς ἐστιν οὐ μικρὸν ὅτι τῶν ἡγεμόνων στασιασάντων ἐφ' ἡμέρας πολλὰς ἀθεράπευτον τὸ σῶμα κείμενον ἐν τόποις θερμοῖς καὶ πνιγώδεσιν οὐδὲν ἔσχε τοιαύτης φθορᾶς σημεῖον, ἀλλ' ἔμεινε καθαρὸν καὶ πρόσφατον. Quamvis igitur diserte contradicit ineptae famae, tamen ex Moralium loco colligere possumus bonum Plutarchum fidem habere huic pervulgatae narratiunculae: aliter enim *τὸ ἐπιβουλευθεὶς* explicari non potest. Haud enim alludit ad ea quae accidere septem annis ante regis mortem, coniurationem dico Dimni, quae iamdudum in oblivionem abierat et nihil commune habet cum iis quae nobis vendit Plutarchus: *ὑφ' ὧν τέλος ἀπέθανεν.*

p. 539. A. Ὁ Εὐριπίδης *εἰπὼν* (sequuntur quinque versus) *φορτικωτάτῃ κέχρηται μεγαλαυχίᾳ καὶ τῷ συγκαταπλέκειν τοῖς τραγῳδουμένοις πάθεσι καὶ πράγμασι μηδὲν προσήκοντα τὸν περὶ αὑτοῦ λόγον.* In primis verbis *καὶ τῷ συγκαταπλέκειν* sine dubio *καὶ* delendum est: turbat et evertit sententiam. In *τῷ συγκαταπλέκειν* sqq. inest causa quam ob rem *κέχρηται μεγαλαυχίᾳ*: fortasse KAI natum est ex praecedente *ίᾳ* quod IAI in veteribus membranis scribitur.

p. 539. C. Νικᾷ Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος τὸν Κάρβωνος τὸν ἰωνοκάμπταν. In ultimis verbis latet mendum: primo Κάρβων non est nomen proprium Graecum: deinde *ἰωνοκάμπταν*, quoad scio, nihil est. Is quem Timotheus vicit est Phrynis, filius Κάρβωνος (?) poeta dithyrambicus qui vixit in fine quinti saeculi ante Christum natum: Timotheus ipse diem obiit 357 a. Chr. n. [1]).

---

[1]) Cognovi ex Bode, Geschichte der Griechischen Dichtkunst (II, 2 p. 305)

p. 539. E. Facile non est, inquit, tacere, si quis se ipse laudat: accusamur enim invidiae, et hoc metu adducti saepe cogimur inviti assentiri alicuius laudibus *καὶ συνεπιμαρτυρεῖν, πρᾶγμα κολακείᾳ ἀνελευθέρῳ προςῆκον μᾶλλον ἢ τιμῇ, τὸ ἐπαινεῖν παρόντας, ὑπομένοντες.* Inopportune *τὸ ἐπαινεῖν παρόντας* in media sententia interponitur: moratur sententiam: praeterea nondum obliti sumus id ipsum agi ut laudari cogamur nonnunquam praesentes. Mihi interpretatio praecedentium esse videtur a posteriore manu addita, quam ob rem delendum censeo.

p. 539. F. Potest nonnunquam etiam vir modestissimus semet ipsum laudare, sed occasione et re poscentibus, praesertim quum facta proba sint, tum libere eum eloqui oportet se tale quid confecisse: quae graece ita exprimuntur: *μάλιστα δὲ ὅταν ᾖ τὰ πεπραγμένα χρηστά, τό [τε] μὴ φεισάμενον εἰπεῖν διαπράξασθαί τι τῶν ὁμοίων.* Recte Dübnerus post *τὸ* addit *τε*, ita ut fiat adverbium temporis quod cum emphasi refertur ad *ὅταν*, cum ..... tum.

p. 541. C. Ubi narrantur verba superbiae plena et Phocionis magnum animum significantia, ita editur: *τί λέγεις, εἶπεν, [ὦ] οὗτος; οὐκ ἀγαπᾷς ἀποθνήσκων μετὰ Φωκίωνος;* Nullo modo *οὗτος* ad Phocionem referri potest: intelligendum igitur esset

---

viros doctos dissentire de nomine patris Phrynidis. Tria nomina dantur, Kanops, Kamon et Karbon, quorum postremum tantummodo (ut ex Bodii annotatione apparet) loco nostro Plutarcheo nititur. Praetulerim igitur alterum ex duobus praecedentibus. Quodnam nomen verum sit, alii videant.

quasi advocatio: heus tu! Etiamsi hoc concederem, locus tamen fuisset ante τί λέγεις, non in media sententia: potius igitur ὦ οὗτος carerem. Haec fere olim putabam sed postquam Wyttenbachii editionem paullo accuratius inspexi, ambabus manibus arripui eius praestantem emendationem ὦ Θούδιππε, nomen quod sumsit ex Apopht. p. 189. A. Iterum miror Dübnerum tam negligenter hoc omisisse. Apud scribas haud satis animum advertentes omnia fieri possunt: sic Θούδιππε ΘΟΤΔΙΠΠϾ abire potuit in ΟΤΤΟϹ: postquam nomen semel evanuerat, scribae, ut saltem verbum bene graecum substituerent, dederunt miserum vocabulum οὗτος et Dübnerus intelligens ὦ οὗτος nihil esse, uncinis inclusit ὦ: ecce magnificam lectionem!

p. 543. A. Μᾶλλον γὰρ εὐτυχίας ἢ ἀρετῆς ἡττᾶσθαι βούλονται· τὸ μὲν ἀλλότριον ἀγαθὸν ἡγούμενοι, τὸ δ' οἰκεῖον ἔλλειμα καὶ π α ρ' α ὐ τ ο ὺ ς γενόμενον: quod est: malunt homines fortunae succumbere quam sibi deesse quod ad virtutem attinet (quam virtute carere): illam enim putant bonum alienum, huius vero cladem vitio proprio tribuendam esse et in sua ipsorum potestate fuisse: a se enim pependisse utrum fortiter pugnando cladem averterent annon. Praepositio hanc notionem exprimens est ἐπὶ aut παρὰ cum dativo: latine p e n e s, a p u d. Quam ob rem hoc quoque loco legere malim π α ρ' α ὐ τ ο ῖ ς: περὶ, παρὰ et κατὰ saepe confunduntur. Idem vitium commissum video p. 688. A. ubi legitur: ὅσα μὴ π α ρ' ἡ μ ᾶ ς ἐστιν, εὐχόμεθα τὸν θεὸν διδόναι, ubi sine dubio ἡ μ ῖ ν mutandum est.

p. 544. E. In carmine Spartano „Ἄμμες π ο τ' ἦμες ἄλκιμοι

νεανίαι ut nos lingua vernacula utimur, sic illi dialecto dorica, credo, usi sunt et levissima mutatione *ποτ'* in *ποκ'* transformandum erit.

p. 548. A. *Ἀλλ' οὐδ' εἰ βαλὼν*, inquit Timon, *ἀπηλλάγη, καλῶς εἶχε περιορᾶν τὸ βέλος ἐγκείμενον.* Requiritur particula *ἄν* post *καλῶς* in tali re: non enim *βαλὼν ἀπηλλάγη*. Multa sunt exempla particulae huius omissae: unum sufficiat. Legimus p. 779. A. *ἐμοὶ δὲ δοκεῖ καὶ λυροποιὸς ἀνὴρ ἥδιον λύραν ἐργάσασθαι καὶ προθυμότερον, μαθὼν ὡς ὁ ταύτην κτησόμενος τὴν λύραν μέλλει τὸ Θηβαίων ἄστυ τειχίζειν.* Necessario post *ἥδιον* inserendum est *ἄν*, *μαθὼν* enim nihil aliud est quam *εἰ ἔμαθε*: sed non *ἔμαθε*: igitur in apodosi requiritur *ἥδιον ἂν ἐργάσαιτο.* Sic in eadem sententia post *ἡσθῆναι* et in sequentibus post *ἐργάσασθαι.* Optime apparebit neglegentia scribarum si animadverteris continuo recte scriptum esse *καὶ τεκτονικὸς οὐκ ἂν οὕτω κατασκευάσαι ἄροτρον ὡς τοὺς ἄξονας* in quos Solon leges suas scripturus erat.

p. 549. D. Ut equi statim post nescioquod delictum pulsati intelligunt se vapulasse propter hoc vitium eoque ad officium redeunt, sic *ἡ κακία καθ' ἕκαστον ὧν πταίει καὶ προςπίπτει ῥαπιζομένη καὶ ἀνακρουομένη τῷ κολάζεσθαι, μόλις ἂν γένοιτο σύννους καὶ ταπεινή*, cett. Loquitur Plutarchus de iis quorum delicta continuo puniuntur ostenditque eam celerem poenam salubrem esse, peccatores enim secum de peccatis reputantes humiles timidosque fieri erga deos: eorum contra qui impune malefacta ferunt, audaciam et procacitatem augeri: *τὸ τῆς δίκης ὑπερήμερον γινόμενον ἀσθενῆ μὲν ταῖς ἐλπίσι ποιεῖ*

καὶ ταπεινὸν τὸν ἀδικούμενον, αὔξει δὲ θρασύτητι καὶ τόλμῃ τὸν μοχθηρόν, quae leguntur p. 548. D. Sedem igitur *μόλις ἂν* eo loco de quo agitur, non habet: oriretur enim plane contraria sententia: „vix, paene secum homo improbus reputaret" i. e. non secum reputabit, non ad meliorem frugem redibit: quam ob rem lubenter recipio emendationem a Wyttenbachii manu profectam, a Dübnero tamen non probatam: *μάλιστ' ἄν.* Sic leni mutatione facta, omnia recte procedunt.

p. 549. F. Res divinas deorumque consilia perspicere, quippe quum homines simus, difficile est. Nos quasi tirones artificum animum investigamus *ἀπὸ δόξης καὶ ὑπονοίας κατὰ τὸ εἰκός.* Quae postrema verba significant „ex nostra ipsorum opinione et coniectura, ex iis quae nos suspicamur." Sequitur *κατὰ τὸ εἰκός,* i. e. „ex iis quae probabilia nobis videntur, secundum id quod nobis par esse videtur." Sed inter prima verba et *τὸ εἰκὸς* parum aut nihil interesse video; quae ultima verba in stilo Plutarcheo, in oratione *ταὐτολογίαις* abundanti ferri fortasse possunt, sed potius *κατὰ τὸ εἰκὸς* deleverim.

Continuo haec sequuntur: *οὐ γὰρ ἰατροῦ μὲν ἰδιώτην ὄντα συμβαλεῖν λογισμὸν ὡς πρότερον οὐκ ἔτεμεν ἀλλ' ὕστερον, ἔργον ἐστί· περὶ θεῶν δὲ, θνητὸν ῥᾴδιον ἢ βέβαιον εἰπεῖν ἄλλο πλὴν ὅτι* et quae sequuntur [1]). Excidit nescio quo modo post *θνητὸν* participium *ὄντα,* quod necessario requiritur ut respondeat *τῷ*

---

[1]) In verbis citatis aliud quoque vitium latet: *ῥᾴδιον ἢ βέβαιον* nihil est; vere Atticum esset *ῥᾷον ἢ βεβαιότερον* (facilius quam prudentius), sed in scriptore qualis est Plutarchus sufficiet credo si corrigas *ῥᾷον ἢ βέβαιον.*

ἰδιώτην ὄντα et quia in tali re signata dicendi forma est. Cf. Mnemos. VI, p. 31, ubi in versu emendato:

γαμῶ γέρων ὤν, οἶδα, καὶ τοῖς γείτοσιν.

olim exsulabat participium ὤν et legebatur:

γαμῶ γέρων, εὖ οἶδα, καὶ τοῖς γείτοσιν.

Facile illa fraus deprehenditur apud poetas, quoniam aut hiatus exoriuntur intolerabiles aut metrum ridiculum in modum violatur.

p. 550. B. Ὁρίζειν πότε καὶ πῶς καὶ μέχρι πόσου κολαστέον ἕκαστον τῶν πονηρῶν est summum artificium in iure dicendo. Hanc artem Minos a patre Iove didicit, quoniam is qui τὴν τέχνην οὐδ' ἔμαθεν οὐδ' ἐκτήσατο οὐ δυνατός ἐστι κατορθοῦν ἐν τοῖς δικαίοις. Quamnam artem? iure quaero. Diserte et diffuse de hac arte in prioribus actum est: igitur de certa et definita arte loquitur, quam ob rem legendum arbitror ταύτην τὴν τέχνην.

p. 550. C. Editur: ταῦτα συγγνώμης αἴτησις ὅπως ὁ λόγος οἷον εἰς λιμένα ἀποβλέπων, εὐθαρσέστερον ἐξαναφέρῃ τῷ πιθανῷ πρὸς τὴν ἀπορίαν. Noto vitio scriptum est ἐξαναφέρῃ pro ἐξανοίσει: ceterum animadvertendum ἐξαναφέρειν neutrum esse et significare „vires colligere."

p. 550. D. Πλάτων φησὶ τὴν φύσιν ἀνάψαι τὴν ὄψιν ἐν ἡμῖν. ἀνάπτειν τι ἔν τινι suspicionem mihi movet: facile propter praecedentem syllabam ιν potuit nasci εν: legendum videtur ἀνάψαι τὴν ὄψιν ἡμῖν.

p. 551. E. Ἐὰν δ' ἐπιμένωσι, καὶ τούτοις ἀπέδωκε τὴν

δίκην: „de iis quoque, qui in vitiis persistant, poenas sumere solet deus." Persistere in vitiis est, opinor, ἐμμένειν ταῖς κακίαις: nota res est ἐν et ἐπί saepe confundi: sic hoc quoque loco legere velim: ἐὰν δ' ἐμμένωσι. Obiter p. 551. F. προςαγορεῦσαι muta in προςειπεῖν et p. 552 C. ἀπολώλεισαν in ἀπολώλεσαν.

p. 552. A. Gelo et Hiero et Pisistratus dicuntur cives ἐκ πολυγέλων καὶ λάλων σώφρονας καὶ φιλεργοὺς κατασκευάσαι. Emendavit hunc locum Vir Clariss. Cobetus legendo πολυτελῶν, de qua re cf. Mnemos. VI, p. 20.

p. 552. F. ὅπως οἱ Θηβαῖοι συνοικῶνται leg. συνοικήσονται, adhibito futuro medio pro longiore forma futuri passivi συνοικηθήσονται ut τιμήσομαι pro τιμηθήσομαι et ὠφελήσομαι pro ὠφεληθήσομαι.

p. 553. C. ἐπικαίουσι legendum est ἐπικάουσι. Olim digamma inerat: ἐπικάϝω quod apparet ex ἐπικαύσω, ἐπέκαυσα ceterisque temporibus, quam ob rem α productum erat. Posteriores huius rei ignari scribebant ἐπικαίω quamvis nunquam ei literae locus fuerat in hoc verbo.

p. 554. A. Hesiodum audire oportet, qui non ut Plato ἀκόλουθόν φησιν εἶναι τιμωρίαν ἀδικίας πάθην, ἀλλ' ἡλικιῶτιν ἐκ τῆς αὐτῆς ὁμόθεν χώρας καὶ ῥίζης συνυποφυομένην. Hoc loco Wyttenbachio assentiri nequeo, qui docet ὁμόθεν hic pro ὁμοῦ accipiendum esse, ita ut significaret „eodem tempore." Loci meminisse non possum ubi hac significatione usurpatum inveniatur. ὁμόθεν significat „ex eodem loco" quod apud tragicos

luculenter apparet: *οἱ ὁμόθεν γεγῶτες* sunt ii qui ex eodem loco oriundi sunt, i. e. fratres ex eadem matre nati. Plane supervacuum igitur hoc verbum est: potest esse „lactea ubertas" auctoris nostri, sed potius omitterem: iam satis est nos moneri illam poenam *ἐκ τῆς αὐτῆς χώρας καὶ ῥίζης* manare: explicatione porro opus non est.

p. 554. F. Optime Valckenarius restituit hexametrum Stesichoreum:

τᾷδε δράκων μὲν ἔδοξε μολεῖν βεβροτωμένος ἄκρον

qui versus in editione Dübneriana sic editur:

τᾷδε δράκων ἐδόκησε μολεῖν κάρα βεβροτωμένος ἄκρον.

p. 555. C. *παρθένον ἐλευθέραν ὕβρει μεταπεμψάμενος ὡς ἕξων διὰ νυκτός* sqq. Sic Dübnerus. Reiskius post *ἐλευθέραν* inserit *ἐφ'*. Quas lectiones si confero, Dübnerianam praefero. Quid autem *ἐφ' ὕβρει* sibi vult? Nimirum nihil aliud quam: „ut eam violaret" quod iam exprimitur hisce verbis: „*ὡς ἕξων διὰ νυκτός*." Rejiciendum igitur puto quod Reiskius proposuit, ne bis idem in eadem sententia dicatur. Lectio Dübneriana sensum praebet idoneum: *ὕβρει* i. e. *ὑβριστικῶς*, paulo superbius, satis pro imperio.

p. 557. E. *δείσας ἐγὼ μὴ πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς ἐπαγάγῃ πλείονας καὶ μείζονας ἀ τ ο π ί α ς.* Non verebatur ne stultitias *ἀ*Το-Π*ίας* proferret, sed ne novas quaestiones *ἀ*Π*ο*Ρ*ί α ς* adduceret.

p. 557. F. *ἠρόμην αὐτόν· Εἶεν, ἔφην. ταῦτα γὰρ πάντα ἀλη-*

θινὰ ἡγῇ; Sine dubio locus non est coniunctivo sed indicativo in tali rogatione: igitur legendum: *ἡγεῖ;*

p. 559. D. *Εἰ δ' ἔστι τι πόλις ἓν πρᾶγμα καὶ συνεχὲς, ἔστι δήπου καὶ γένος ἐξηρτημένον ἀρχῆς μιᾶς.* Quodsi urbs una res est et continua, sqq. *τι* ad *πρᾶγμα* referri non potest: quod si ita esset, Plutarcho scribendum fuisset *ἕν τι πρᾶγμα.* Hoc loco non magis significare potest „fortasse": ostendit enim in praecedentibus urbem unam et continuam esse: repetitur praecedens oratio hisce verbis *εἰ δ' ἔστι τι πόλις* cett. Sed nonne vides *τι* emblema esse natum ex praecedente *ἔστι*?

p. 559. F. *γελοῖός ἐστιν ὁ φάσκων ἄδικον εἶναι, τῶν βοῶν, ἂν εἰς τὰς χηλὰς μαλακιῶσι, προςαλείφειν τὰ ἄκρα τῶν κεράτων.* Non bene graece dicitur *εἰς τὰς χηλὰς μαλακιᾶν*: recte dicitur *νοσεῖν τὴν κεφαλήν, ἀλγεῖν τὰς πλευρὰς* ut bene paullo supra legitur *τῶν ἰσχίον πονούντων*: igitur *εἰς* delendum videtur.

p. 569. A. *ἡ εἱμαρμένη πάντα περιβαλοῦσα κύκλῳ, οὐκ ἄπειρος ἀλλὰ πεπερασμένη ἐστίν.* Quoniam fatum, inquit, omnia suo orbe amplectitur, non infinitum est, sed certis finibus circumscriptum. Non circumjicit fatum omnibus orbem suum, sed ea omnia amplectitur: *β* et *λ* transpositis recte sententia stabit: *περιλαβοῦσα πάντα κύκλῳ* cf. Herod. 8, 16, ubi legimus: *οἱ βάρβαροι μηνοειδὲς ποιήσαντες τῶν νεῶν ἐκυκλέοντο, ὡς περιλάβοιεν αὐτούς.* In lunae speciem constituebant naves ut hostes eo orbe circumdarent, amplecterentur.

p. 585. E. ἔστι γάρ τι γενόμενον ἰδίᾳ περὶ τὰς ταφὰς τῶν Πυθαγορικῶν ὅσιον, οὗ μὴ τυχόντες, οὐ δοκοῦμεν ἀπέχειν τὸ μακαριστὸν καὶ οἰκεῖον τέλος. Absurdum est ἀπέχειν: quibus caerimoniis si caremus non putamus beatum et proprium finem abesse! quae verba essent ebrii hominis: quippe quum nullus sensus insit. Requiritur enim notio habendi, assequendi. Quam ut nanciscamur, gravi mutatione non opus est. Si enim animadverterimus in participio οὗ μὴ τυχόντες inesse notionem condicionis, non dubitabimus, credo, pro

οὐ δοκοῦμεν ἀπέχειν τὸ μακαριστὸν τέλος

restituere:

οὐ δοκοῖμεν ἂν ἔχειν τὸ μακαριστὸν τέλος.

p. 593. C. Notanda inaudita forma ἱερεῖς pro ἱερέας et 594. D. τάχιον pro θᾶσσον vel θᾶττον. In eadem pagina A. legimus: Ut φίλιππος ἀνὴρ non omnes equos ὑπ' αὐτὸ τὸ γένος eodem amore eademque cura prosequitur, sed semper unum omnibus ceteris praefert et summopere diligit, sic etiam dii nonnullos nostrum eosque optimos amore peculiari suo prosequuntur reguntque nos non frenis neque habenis sed verbis et oraculis. Quid sibi velit ἵππους ὑπ' αὐτὸ τὸ γένος intelligere nequeo. Fortasse in ὕπαυ latet ἵππος. In praesentia aliam lectionem invenire nequeo nisi ὑπ' αὐτοῦ τρεφομένων.

p. 593. F. Ἥτις δ' ἂν ἤδη διὰ μυρίων γενέσεων ἠγωνισμένη μακροὺς ἀγῶνας, εὖ καὶ προθύμως ψυχὴ τῆς περιόδου cett. Haec omnia usque ad προθύμως pertinent ad ψυχή. Quis vero unquam talem verborum constructionem vidit? Divisa sunt verba arcte coniuncta: transponendum est ψυχὴ post ἥτις.

p. 595. A. Amici Charonis quadraginta octo numero ea nocte qua interfecturi erant tyrannos Thebarum, apud Charonem anxie expectabant. Veniunt nuncii Archiae iubentes Charonem quam citissime ad Archiam et Philippum properare. Sine mora Charon promittit se venturum esse verum se non cum nunciis profecturum quippe quum speciem captivi praebere nollet. Cui illi: *οὕτω ποίει· καὶ γὰρ ἡμᾶς δεῖ τοῖς ὑπὸ πόλιν Φρούροις κομίσαι τι πρόςταγμα παρὰ τῶν ἀρχόντων.* *Οἱ ὑπὸ πόλιν Φροῦροι* nihil est: in *περὶ πόλιν* mutetur necesse est.

p. 595. B. Dum et nuncii et Charon absunt, exsules, ut par erat, in magno metu erant: se proditos esse rati idque haud sine suspicione in Hipposthenidam *ὑπενόουν αὐτὸν κωλῦσαι μὲν ἐπιχειρήσαντα τὴν κάθοδον διὰ τοῦ Χλίδωνος, ἐπεὶ δ' ἀπέτυχε καὶ συνῆπται τῷ καιρῷ τὸ δεινὸν, ἐξενηνοχέναι τὴν πρᾶξιν.* Immo vero *συνῆπτο*: tempus enim quo haec facta esse cogitantur, idem est: „postquam rem Hipposthenidas male gesserat et periculum appropinquare inceperat, tum demum rem ad magistratum detulit.

p. 596. D. *οἱ μὲν ἐπὶ Λεοντίδην ἐν ἱματίοις ἐξῄεσαν.* leg. *ἐξῇσαν.*

p. 599. F. Editur: *ἔστι δὲ καὶ χρώματα λυπηρὰ τῇ ὄψει, πρὸς ἃ γίγνεται τὸ συγχεῖσθαι καὶ μαραυγεῖν διὰ σκληρότητα καὶ βίαν ἀνίατον.* Paullo accuratius hanc sententiam contemplemur. *Ἀνίατον* aut ad *βίαν καὶ σκληρότητα* referendum est, ita ut hic sensus evadat: „colorum durities et vis quibus mederi non possumus, quibus medela inventa non est." Sed quid

haec significant? Plane nihil, opinor. Referamus igitur ad τὸ συγχεῖσθαι καὶ μαρμαυγεῖν, ita ut sit: „aciei oculorum turbatio et ardor insanabilem in modum?" Sed quis hoc credat? Non puto nobis opus esse consultis medicorum: satis constat colorem nullum tam acrem fulgorem edere ut ea re plane obscurentur oculi. Credo, ut haec coecitas insanabilis sit, tamen hunc locum sanandum esse, modo mutemus ἀνίατον in αὐτῶν, scil. eorum colorum durities et vis excoecat et obscurat videndi facultatem, non tamen in perpetuum, sed eodem modo quo fulgur quod λυπηρὸν est τῇ ὄψει, quo conspecto visum amittimus sed statim recuperamus. Ut postea cognovi, Wyttenbachius eidem verbo quod emendare conatus sum mendum inesse sensisse videtur, quam ob rem ἀνίκητον legere proponit, quod non multo melius est quam ἀνίατον. Vis et durities colorum „invicta" mihi quidem non satis liquet.

p. 601. C. Τί οὖν μέρος τῆς οἰκουμένης ἢ ἁπάσης τῆς γῆς ἕτερον ἑτέρου μακρὰν ἐστιν; rogatur. Evidens est Plutarchum dedisse: μακρὰν ἄπεστιν. Dormitans scriba post ἀν non vidit ἀπ et sic omisit praepositionem, quae necessario flagitatur: spatii intervalla graece semper et ubique hac praepositione exprimuntur.

p. 605. E. Offendit in ultima paragrapho decima quarta οὐδὲ εἷς λόγος οὐδενὸς ἀπολέλειπται. Opponuntur inter sese ii qui expulerunt et ii qui expulsi sunt. Hi non animos desponderunt sed ingenio suo, quippe qui fugam tanquam ἐφόδιον accipiebant, inclaruerunt et post mortem propter summas virtutes celebrati sunt. Illorum vero, qui eos expulerant, ne εἷς

λόγος quidem *ἀπολέλειπται*. Hoc non vult Plutarchus, ne rationem quidem u n a m illorum habitam esse, ne u n a m quidem fabulam de iis relictam esse, quod satis inepte et nimium pueriliter ad aures accederet, sed plane eos ex hominum memoria evanuisse, eorum nomina interiisse, *ἐξιτήλους* eos *γεγονέναι* ut Herodotum sequar in primo libro hac allegoria de coloribus sumta utentem. Nullus locus igitur est inepto numerali *εἷς* et statim hoc vocabulum expungendum esse censeo.

p. 606. E. Editur:

ἐγὼ δέ σοι οὔτε πῦρ ἀνῆψα
γόνιμον ἐν γάμοις,
ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη
λουτροφόρου χλιδᾶς.

Valckenarius *γόνιμον* defendit quod sensu caret: receperunt quoque hanc lectionem et Wyttenbachius et Dübnerus. Ex codicibus vero Euripidis Phoen. vs. 345 constat priores versus ita legendos esse:

ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς
νόμιμον ἐν γάμοις,

ut monet Vir Clariss. Cob. Mnem. I, pag. 386. Iterum idem mihi commemorandus est ad ea quae sequuntur: emendavit enim:

ἀνυμέναι' ἀνίσμηνος ἐκηδεύθης
λουτροφόρου χλιδᾶς.

Quae dicta sunt tragica pompa sed apud scriptores solutae orationis hoc significant: *ἔγημας οὐθ' ὑμεναίου τυχὼν οὔτε τῶν ἐκ τοῦ Ἰσμηνοῦ λουτρῶν.*

Accedimus ad Quaestiones Convivales. Saepe inter legendum seposui librum taedium mihi moventem: attamen inerant multa quae propter stultitiam tam ridicula erant ut ea praetermittere non aequum putarem. Tu ipse modo inspice paginam 671 B. in quaestione magni momenti (!) utrum Iudaei suem venerantes an potius aversantes, carne eius abstineant. In fine narratur oculos suum ita fractos et humi defixos esse ut nunquam coelum resque caelestes conspiciant, nisi resupini iacentes sues contra naturam pupillarum *ἀνα-στροφὴν λάβωσιν*. Qua re animal quamquam alias vociferans, dummodo resupinum iaceat, insolentia res coelestes admirans, tacet et maiore metu constringitur quam qui admittat vociferationem.

In sequenti quaestione „quis sit Judaeorum deus", exspectamus doctam et philosophicam *διατριβὴν* studio partium vacuam, sed nihil eorum videmus. Certiores tantum fimus Iudaeorum deum Bacchum esse, et describuntur ritus nonnulli et caerimoniae quaedam. In hisce operae pretium est commemorare duas stultas etymologias. Levitae, nomen purum putum Hebraicum a nomine proprio Levi derivatum, hoc modo explicatur: sunt sacerdotes *οὓς αὐτοὶ Λευίτας προςονομάζουσι, εἴτε παρὰ τὸν Λύσιον, εἴτε μᾶλλον* (haud satis pulchra illa derivatio ei videbatur) *παρὰ τὸν Εὔιον, τῆς ἐπικλήσεως γεγενημένης*. En simul novum argumentum exortum deum Iudaeorum esse Εὔιον, i. e. Bacchum! Pulchrior etiam etymologia Sabbatorum sacrorum sequitur: *Σάββους γὰρ πολλοὶ Βάκχους καλοῦσι καὶ οὐκ ἄπο τρόπου* (non absurdum, sic!) *τις ἂν φαίη τοὔνομα πεποιῆσθαι πρός τινα σόβησιν, ἢ κατέχει τοὺς βακχεύοντας*. Et haec omnia serio narrantur, quasi nil probabi-

lius esset. Potius conemur in textu saltem nonnulla emendare, ne in hisce quaestionibus legendis oleum et operam prorsus perdidisse videar.

Iam statim in prima quaestione p. 615. A queritur partim de convivis qui subtiles quaestiones moventes molestias exhibent ceteris, partim de iis „qui in contrarium ruunt" et cantant, hariolantur et invenuste *καὶ ἀγοραίως* inter se colloquuntur. Quare fit ut finis convivii pereat. Ut vero adversus antiquiores tragoediarum scriptores verbi gratia adversus Phrynichum et Aeschylum indolem naturamque tragoediae mutantes, magnus clamor exoriebatur rogantium: „*τί ταῦτα πρὸς τὸν Διόνυσον;*" sic quoque *ἔμοιγε πολλάκις παρέστη πρὸς τοὺς ἕλκοντας εἰς τὰ συμπόσια τὸν κυριεύοντα λέγειν· τί ταῦτα πρὸς τὸν Διόνυσον;* Ὁ *κυριεύων* quid sit satis accurate definire non possumus, sed unum hoc e Luciano liquido constat, eo vocabulo ratiocinationem quandam ex intimo philosophorum artificio notari. Postquam enim (in Vitarum Auctione c. 22) Chrysippus, quo sapientiae suae specimen emptori praeberet, ei primum vocum quarundam sophisticarum (ut *ἀδιάφορον, σύμβαμα* et *παρασύμβαμα*) vim exposuit, deinde se „*τῶν λόγων πλεκτάνας αἷς συμποδίζω τοὺς προσομιλοῦντας, καὶ ἀποφράττω*" tenere gloriatus est, postremo sic pergit: *καὶ ἄλλα σε διδάξομαι θαυμασιώτερα, τὸν θερίζοντα, καὶ τὸν κυριεύοντα, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὴν Ἠλέκτραν καὶ τὸν ἐγκεκαλυμμένον*"; e quibus hoc conficere licet *τὸν κυριεύοντα* esse disputationem Sophisticam intricatam et reconditam, multoque difficiliorem quam eae sunt quae praecedunt *ὁ κροκόδειλος* et alia, quae tamen omnia pertinent ad *τὰς τῶν λόγων πλεκτάνας*.

Ea autem in nostrum Plutarchi locum egregie conveniunt. „Quaestiones" enim „philosophorum" ait ita demum in conviviis locum habent si ad solvendum non nimis difficiles sunt, sed tales ut convivarum cuique communis sit sermo; sin vero aliquis philosophus inepte talia proponit quae fere nemo intellegat, non dissimilis est gruis lupo epulas praebentis, recteque in eum dici potest: *τί τοῦτο πρὸς Διόνυσον;*

His igitur accurate perpensis hoc me judice non temere statuere possis locum Lucianeum et Plutarcheum sibimet invicem haud spernendum subsidium praebere, improbandosque esse eos qui *κυριεύων* in *κερατίνην* aliaque mutaverint.

p. 624. B. Narrantur Alexandri magni cunae de coelo tactae esse; ipse vero integer mansit *πλὴν ὅσον ἴχνος τι τοῦ πυρὸς ἐν τῷ μετώπῳ, κ ρ α τ ο υ μ έ ν ῳ ὑπὸ τῆς κόμης μένειν αὐτῷ παιδί.* Oportebat Dübnerum recipere emendationem Meziriaci, summae sagacitatis viri et aliis quoque vulneribus opem ferentis. Is enim proposuit: *κ ε κ ρ υ μ μ έ ν ῳ* quae lectio, ut par est, a Wyttenbachio laudatur.

p. 628. D. *Πάντες οὖν ὁμαλῶς ἐρρύησαν πρὸς τὸ τὴν Φυλὴν ἐγκωμιάζειν, εἴ τι καλὸν πρὸς δόξαν αὐτῇ ὑπῆρχεν ἀ ν α λ ε γ ό μ ε ν ο ι.* Omnes consentiebant in laudibus tribus Aiantidos, enumerantes si quid honeste factum iis suppeditaret quod ad eius famam pertineret. E n u m e r a r e alicuius facta honesta non est *ἀναλέγεσθαι* verum *ἀ ν α λ έ γ ε ι ν*. Causa nulla est, cur hic forma mediali uteretur noster.

p. 630. D. *ὅθεν ἥκιστα περὶ τούτων οἱ Φθονεροὶ καὶ κακοήθεις*

ἐρωτῶσι, κἂν ἄλλο * * *ται τὰ τοιαῦτα διακρούονται* cett. Lacuna fortasse hunc in modum explenda erit: *κἂν ἄλλο[ς αὐτοὺς ἐρω]τᾷ τὰ τοιαῦτα* cett.

p. 632. B. Editur: *καὶ* Κυητοῦ *τοῦ ἡμετέρου (μέμνησαι γάρ)*. Κυητός nomen proprium Romanum non est: legendum esse arbitror: Κοΐντου. Ceterum, quemnam Quintum noster dicat, investigare non potui.

p. 636. B. Ponitur notissima quaestio, nostra quoque aetate Darwinii doctrina elucente nondum soluta, utrum gallina prius fuerit an ovum. Legimus: *εἰ γὰρ τὰ μικρὰ δεῖ στοιχεῖα τῶν μεγάλων ἀρχὰς ὑποτίθεσθαι,* πρῶτον *εἰκός ἐστι τὸ ᾠὸν γεγονέναι τῆς ὄρνιθος*. Necessario legendum est πρότερον *εἰκός ἐστι*. Agitur enim tantum de duabus rebus, de ovo et de gallina. Errorem contrarium commissum video in vicinitate p. 638. C. *τὴν πάλην* ἀρχαιοτέραν *ἀθλημάτων πάντων ἀποφαινόμενος*, ubi corrigendum est ἀρχαιότατον: praeterea enim genus neutrum requiritur: hoc enim noster significare voluit: *ἡ πάλη ἐστὶν ἀρχαιότατον ἄθλημα πάντων τῶν ἀθλημάτων.*

p. 656. A. *ἔν τισιν* ἐνίοις *γράμμασιν ἀνεγνωκώς*. Quid sit *ἔν τισιν ἐνίοις γράμμασιν* omnes intelligemus dummodo deleverimus *ἐνίοις*: nihil enim est nisi stulta repetitio et debilis *ταὐτολογία τοῦ τισιν*. Sic diu putabam, donec me monuit Wyttenbachius ut secum pro *ἐνίοις* ἔναγχος legerem, quod magis probabile mihi videtur propterea quod *τισιν* vocabulum est tam notum ut vix credi possit in hoc quoque vocabulo magistellos miseras explicationes conatos esse. Praeterea Wyt-

tenbachii mutatio prae se fert palaeographicam commendationem. ЄΝΙΟΙϹ et ЄΝΑΓΧΟϹ confundi facile potuerunt.

p. 658. B. Moschio affirmat θερμασίαν δὲ πᾶσαν, ἂν μὲν ᾖ μαλακὴ καὶ πραεῖα, κινεῖν τὰ ὑγρὰ καὶ κωλύειν: si calor sit mollis et mediocris, movet partes humidas carnis et κωλύει. Quid κωλύει, quaeso? quominus quid de carne fiat? Non facile hoc quisquam invenire poterit. Wyttenbachius sanare vulnus conatur legendo κινεῖν τὰ ὑγρὰ καὶ χαλᾶν. Hac in re vero non facio cum eo: quibus argumentis et rationibus ductus, breviter exponam. Satis audax mutatio neque ea quae evidentia eluceat: si κωλύειν in χαλᾶν mutare licebit, omnia pro omnibus legere fas erit. Deinde verbum χαλᾶν minus aptum mihi videtur. Sed quid multis verbis opus est? Calor mediocris non κωλύει sed διαλύει, movet et resolvit, dissolvit vi sua partes humidas carnis. E contrario calor igneus, ut statim post legimus, ἀπισχναίνει, exsiccat carnes.

p. 662. D. οὐκ ἂν ἡμᾶς διαβάλλοι Φιλῖνος, εἰ μὴ φεύγοιμεν τὴν ἡδονήν, ἀλλὰ πειρώμεθα τὸ ἡδέως καὶ ὑγιεινῶς ἐμμελέστερον συνοικειοῦν. Quare πειρώμεθα in indicativo ponitur? Pendet a coniunctione εἰ et convertendus modus indicativus in optativum, ut recte legitur εἰ μὴ φεύγοιμεν. Igitur addito ι subscripto legendum est πειρῴμεθα.

Nonnullis versibus post legitur αἱ παρ' Εὐπόλιδος αἶγες ἀντιμαρτυροῦσιν: caprae, quae a poeta comico Eupolide introducuntur in scenam, caprae quae apud poetam quendam dixisse aliquid finguntur, non παρ' Εὐπόλιδος, credo, sed παρ' Εὐπόλιδι apud Eupolidem hoc faciunt.

Plura sunt exempla perversi casuum usus, quorum nonnulla sequuntur. Legimus p. 764. C.: *ὡς δὲ ἥλιος ἐκ νεφῶν καὶ μεθ' ὁμίχλην θερμότερος, οὕτως Ἔρως μετ' ὀργῆς καὶ ζηλοτυπίας ἐρωμένου διαλλαγέντος ἥδιον καὶ δριμύτερον*, ubi legendum est *μετ' ὀργὰς καὶ ζηλοτυπίας*: sic demum enim antithesis inter duo membra servatur et sana sententia oritur: inter iram et aemulationem, cum ira et aemulatione plane explicari non potest. Sic p. 784. F. ubi Plutarchus ipsius Xenophontis verbis laudem Agesilai describit, legitur: *τίς δὲ συμμάχοις θάρσος παρέσχεν ἢ Ἀγησίλαος καίπερ ἤδη πρὸς τὸ τέρμα τοῦ βίου ὤν;* Ubi primo post *θάρσος* excidit *μεῖζον* aut tale quid, sicut in praecedentibus legitur: *τίς οὕτω φοβερὸς ἦν ὡς Ἀγησίλαος*, et *τίνος ἐκποδὼν γενομένου μᾶλλον ἥσθησαν οἱ πολέμιοι*, et in iis quae sequuntur *τίνα οἱ φίλοι πλέον ἐπόθησαν ἢ Ἀγησίλαον;* Deinde *πρὸς τὸ τέρμα* mutandum erit in *πρὸς τῷ τέρματι*. Cf. Eurip. Androm. vs. 1082 ubi Peleus desperans exclamat:

ὦ μοῖρα, γήρως ἐσχάτοις πρὸς τέρμασιν
οἵα με τὸν δύστηνον ἀμφιβᾶσ' ἔχεις.

Haec omnia quae noster de Agesilao dicit, sumta sunt ex libro inscripto „Laus Agesilai". Sub iudice lis est, a cuiusnam manu hicce libellus profectus sit: verum, utcunque haec res sese habeat, hoc certum est in editione Schneideri legi: *πρὸς τῷ στόματι*, quod digito ducit ad *τέρματι*.

In numero peccatum video p. 773. D. Agitur de sene paupere sed honesto, apud quem duo libidinosi Spartani deverterant. Sene absente, Spartani eius filias stupratas interfectasque in puteum coniecerant. Scedasus (hoc nomen erat seni) revertitur et audit ex vicinis *ὅτι ἴδοιεν χθὲς τοὺς καὶ πρῴην καταχ-*

θέντας ἐπ' αὐτοὺς Λακεδαιμονίους εἰσιόντας: ubi *αὐτοὺς* in *αὐτόν* mutandum est: paullo post *γαμήσοντας* bene graecum erit *γαμοῦντας*. Iterum idem vitium cuius mentionem facere coepi, occurrit p. 872. D. in libro qui inscribitur „de Herodoti malignitate", quo iniustior nullus unquam extitit liber. *'Αλλὰ Κορινθίους γε καὶ τάξιν ἣν ἐμάχοντο ἔξεστι Σιμωνίδου πυθέσθαι.* Scio recte dici *μάχην μάχεσθαι, ὁδὸν ἰέναι, 'Ολύμπια νικᾶν*: nunquam vero legi aut audivi *τάξιν μάχεσθαι*: legendum igitur censeo: *τάξιν ᾗ ἐμάχοντο.* In pagina sequenti 873. B. editur: *'Αθηναῖοι δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι τί παθόντες εὐθὺς τότε πρὸς μὲν ἀλλήλους ὀλίγον ἐδέησαν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν;* Nonne statim scribemus *ὀλίγου ἐδέησαν*? De qua re cf. Cob. Var. Lect. p. 261 et 262.

p. 669. B. *τὰ ὑφαλμυρίζοντα σιτία πᾶν μὲν οἴνου γένος ἡδὺ τῇ γεύσει καὶ λεῖον ἐπάγει, πᾶν δὲ ὕδωρ προςφιλὲς παρέχεται ἄλκιμον.* Subsalsi cibi efficiunt ut vinum cuiusvis generis suave et mite gustatu fiat, omnem aquam iucundam praebent *ἄλκιμον*. Wyttenbachius proponit *ἄχυμον*, revera magis aptum quam *ἄλκιμον*; aqua enim, si quis alius potus, *ἄχυμος* i. e. sine sapore est: praeterea vero suspicionem mihi movet *παρέχεται*. Quam ob rem formam videmus medialem? Causa idonea abest: simul caremus symmetria sententiae, quae postulat quemadmodum in prioribus *ἡδὺ καὶ λεῖον*, sic in sequentibus *προςφιλὲς καὶ ἄχυμον*. Legendum igitur censeo *παρέχει καὶ ἄχυμον*. Medialis forma *παρέχεται* orta est ex sequenti *καί*. Attamen antithesis mihi non satis apparet: malim pro *προςφιλές* notionem synonymam *τῷ ἄχυμον*.

p. 671. C. Ἆρα σὺ τὸν ὀρσιγύναικα Διόνυσον ἐγγράφεις καὶ *ὑποποιεῖς* τοῖς Ἑβραίων ἀπορρήτοις; rogat Symmachus. Malim *εἰςποιεῖς*, verbum usitatum de adoptione: ὑποποιεῖν hac significatione positum non invenitur: de liberis enim suppositiciis hoc loco non agitur: quod si ita esset, utendum fuisset verbo ὑποβάλλειν. Et ἐγγράφειν et εἰςποιεῖν inter se coniuncta imaginem nobis suppetunt ex antiquitatibus graecis desumptam. Ἐγγράφειν est inscribere liberos in tabulas publicas: εἰςποιεῖν adoptare liberos et agnoscere tanquam suos.

p. 671. E. Iterum mihi redeundum erit ad quaestionem: „quis sit Iudaeorum deus", ut eam levi vitio absolvam quod tamen sensum turbat. Editur: ὀλίγαις δὲ ἡμέραις ὕστερον ἄλλην ἑορτὴν, *οὐκ ἂν* δι' αἰνιγμάτων, ἀλλ' ἄντικρυς βάκχου καλουμένου, τελοῦσιν. Num feremus molestum ἂν cui hic nullus locus est? Melius erit legere: *οὐκέτι* δι' αἰνιγμάτων.

p. 676. E. Καὶ τοῦτο δὴ τὸ σκολιὸν ἐπίγραμμα *δῆλον κεραμέα* νομίζει διαβεβυσμένην σελίνῳ. Quocumque me verto, sanam sententiam ex hisce verbis expiscari nequeo. Hanc lectionem propono: *δηλοῖ κεραμῖδα* διαβεβυσμένην σελίνῳ, i. e. „hoc scolion epigramma ostendit testam fuisse perforatam apioque traiectam." Tali fere modo antiqua lectio orta est: semel δηλοῖ in δῆλον depravato, veteres scribae verbum finitum desiderantes inseruerunt νομίζει. A sequenti versu potius abstineo: satis habeo digito monstrasse gravem corruptelam his verbis inesse. Primo *παλὰς* verbum est quod non exstat: deinde nullo modo indicatur iam olim apium in usu fuisse: nam ex Ἰσθμικοὺς κλῶνας hoc colligi non potest.

p. 680. D. δεῖ, τὸ μὲν διὰ τί γίνεται, τῷ λόγῳ μετεῖναι. Oportet, inquit, ratione investigare, inquirere, petere quam ob rem aliquid fiat. Verba signata petendi, investigandi sunt μετιέναι et μέθοδος ut recte editur p. 698. B. τὸ οὗ ἕνεκα τῷ λόγῳ μετιών. Unusquisque igitur mihi concedet hoc quoque loco veram lectionem esse: τῷ λόγῳ μετιέναι, duabus literulis ι et ε transpositis.

p. 694. E. Ὅπερ οὖν εἰκὸς ἐπεραίνετο, τῶν μὲν ἐπιφυομένων τῷ δόγματι, τῶν δὲ ὑπερδικούντων. Quod par erat accidit, nonnullis ἐπιφυομένων placito, aliis defendentibus. Flagitatur post τῶν μὲν notio impugnandi, reprehendendi: sed ex rei natura ἐπιφύεσθαι hoc nunquam significare potest: e contrario habet notionem adhaerendi, assentiendi. Quam ob rem credo ex ΜЄΜΦΟΜЄΝΩΝ natum esse

ЄΠΙΦΥΟΜЄΝΩΝ.

Fortasse una litera Μ tempore deleta est, quod fefellit scribas, qui, postquam Μ in ΠΙ abierat, quum ἐμφομένων nihil esse intelligerent et tamen verbum graecum saltem desiderarent, literam Υ addidere et sic sibi valde placebant in ἐπιφυομένων. Nunc vero, modo legamus μεμφομένων, omnia recte procedunt: „nonnullis placitum reprehendentibus, aliis defendentibus.“

p. 695. A. Obiter λειποψυχίαν mutandum est in λιποψυχίαν.

p. 754. A. Qui uxorem arcte habet et coercet, ὥςπερ δακτυλίους δακτύλιον ἴχνος ὧν μὴ περιρρυῇ δεδιώς, similis est

ei qui equas tondet et deinde ad fluvium adducit. In hisce verba in medio posita sensum idoneum non praebent. Assentior Wyttenbachio corrigenti: „ὥςπερ δακτύλιον δακτύλου ἰσχνοῦ μὴ περιρρυῇ δεδιώς." Qui uxorem coercet ut si quis metuit ne annulus de macro digito delabatur, ille similis est iis qui equas tondent, cett.

p. 758. B. Agitur de diis qui iam statim inde a pueritia nos curant et a malis defendunt. Ubi nascimur, adstat Εἰλείθυια: ubi aegrotamus, deus ille opem fert, cui haec provincia tradita: ne mortuos quidem, pergit, deus relinquit: ἔστι δέ τις ἐκεῖ κομιστὴρ ἐνθένδε. Ut luculenter apparet, dicitur Ἑρμῆς ψυχοπομπός. Sed ubi est ille deus? Ἔστιν ἐκεῖ, nimirum apud inferos ut Plutarchus putat. Attamen satis notum est secundum veterum opiniones Mercurii sedem non apud inferos fuisse: latet igitur mendum in verbo ἐκεῖ. Ne nimiis ambagibus utar in re certissima et simplicissima, dicam quid mihi legendum videatur. Ex pulchra veterum sententia Hermes ψυχοπομπὸς a terra ad inferos animas ducit, i. e. hinc illuc, quod graece exprimitur ἐνθένδε ἐκεῖσε: duabus igitur literis additis, recte stabit sententia. Ceterum, si quis argumentum desiderat huiuscemodi adverbia hoc sensu poni, modo meminerit pulchrae laudis ab Aristophane Sophocli tributae in Ranis, vs. 82: ὁ δ' εὔκολος μὲν ἐνθάδ', εὔκολος δ' ἐκεῖ. Ubi ἐνθάδε nihil aliud est quam αὐτοῦ, hic, in terra, et ἐκεῖ ibi, apud inferos. Praeterea cf. Lucian. Dial. Mort. I, c. 4 in initio.

p. 772. D. ᾔτει νεανίας χιλίους, τοὺς ἀκμῇ διαφέροντας καὶ

ἀνδρείᾳ. In tali re articulus omittitur: τοὺς nihil est nisi dittographia nata ex praecedente ἴους.

Obiter liceat mihi hic illic reperta, neglecto ordine paginarum, promere. Inter legendum suspicionem mihi movebant haec in p. 811. F. in libro inscripto „Praecepta gerendae reipublicae." Quo loco Plutarchus ostendit eos qui rempublicam gerant magnam sibi invidiam conflare, etiamsi res felici successu gerant: denique ea quae in initio magistratus mirantur cives, postea verti in ludibrium. Τοιοῦτον [τὸ],

Μητίοχος μὲν γὰρ στρατηγεῖ, Μητίοχος δὲ τὰς ὁδοὺς,
Μητίοχος δ' ἄρτους ἐποπτᾷ, Μητίοχος δὲ τἄλφιτα,
Μητιόχῳ δὲ πάντα κεῖται, Μητίοχος δ' οἰμώξεται.

In tertio versu occurrit contra opinionem dativus, quum quinquies reperiatur nominativus: quae res symmetriam turbaret. Fac recte dictum esse: Μητιόχῳ δὲ πάντα κεῖται, accipiendum esset quasi: Metiocho omnia negotia omnisque moles imperii incumbit; at in ea re requiritur praepositio ἐν: ἔν τινι κεῖται πρᾶγμα. cf. Schaefer. Dion. Comp. p. 439. Deinde cf. Polyb. VI. 15, 6, ubi legimus: καὶ μὴν τό γ' ἐπιτελεῖς ἢ μὴ γίγνεσθαι τὰς ἐπινοίας καὶ προθέσεις τῶν στρατηγῶν ἐν τῇ συγκλήτῳ κεῖται: „hujus rei arbitrium penes senatum est." Quidni legamus:

Μητίοχος δὲ πάντ' ἀκεῖται,

ita ut et symmetria servetur et locutio bene graeca oriatur: omnibus rebus Metiochus medetur, in omnibus rebus sapiens

suum consilium dat, sed qui medicus est morborum alienorum, ipse *οἰμώξεται*, ita ut *ἀκεῖται* et *οἰμώξεται* acriter inter sese opponantur.

Sunt iocosa exempla verborum perverse divisorum: sic de quodam verboso nugatore scriptum videmus *ποταμὸς μὲν ῥημάτων οὐδὲ σταλαγμός*: quod intelligi non potest. Nonne melius erit emendationem recipere a nescio quo sagaci viro repertam: *ποταμὸς μὲν ῥημάτων, νοῦ δὲ σταλαγμός* fluvius quidem verborum, sed gutta mentis ingeniique?

Sic Alexandrum magnum in Africa versantem alloquebatur sacerdos Iovis Ammonii, qui linguam graecam ignorabat: *ὦ παιδίος*! Volebat enim homo dicere: *ὦ παιδίον*, o mi fili! quae sunt verba signata senis venerabilis ad iuvenem. Alexander vero aliter allocutionem accepit putans dici: *ὦ παῖ Διός*! Et sic se adorari tanquam filium Iovis non modo sinebat, verum postea etiam iubebat.

p. 789. B. Editur: *ὦ ξένε Ἀθηναῖε ἀζαλέῳ γήρᾳ κατανθιδῶν κήδῃ, γραψάμενος ἀπόλειψιν τῇ πόλει, εἰς ἀγρὸν ἐπείγου.* Senex *κατανθιδῶν κήδῃ* nihil esse unusquisque mihi concedet. Nec primum, neque alterum verbum existit, nimis stultum enim esset hoc loco recte sese habere coniunctivum verbi *κήδομαι* putare. Haec mihi in mentem veniunt, levissima mutatione facta: *κατανθίζων ἤδη* i. e. „deflorescens iam senio arido." Quae saltem sanam sententiam praebent et fere nihil differunt a lectione vulgata.

p. 862. D. Plutarchus sermonem Herodoteum non bene refert. Legitur enim: *τούτους γὰρ συνθεμένους τοῖσι Πέρσῃσιν*

ἀναδεῖξαι τὴν ἀσπίδα. Corrige ex Herodoto ἀναδέξαι formam Ionicam, apud Herodotum ubique usurpatam.

p. 344. F. Ἥρπαστο γὰρ μετὰ τοῦ βέλους καὶ τὸν πόλεμον ἐν τοῖς σπλάγχνοις εἶχε. Satis grave onus Alexandro neque ferendum, si totum bellum in visceribus haberet! Si accurate verba praecedentia contemplamur, videmus regem vulneratum esse telo. Quid igitur in visceribus poterat habere? Credo TOTMBOΛION, τὸ ἐμβόλιον i. e. τὸ βέλος sive, quod accuratius est, „cuspidem teli, quae inhaerebat visceribus." Facile hoc corrumpi potuit in TONΠOΛЄMON. Mirari nos non oportet hoc vocabulum minus frequenter usurpari: amat Plutarchus verbis uti, non omnium usu tritis aut apud posteriores tantum occurrentibus, quod nemini suspicionem movere potest, quia ipse Plutarchus eo tempore vixit quo elegans graecitas fere perierat. Vocabulum τὸ ἐμβόλιον in usu fuisse, testatur Diod. Sic. 1, 35, ubi usurpatur pro eo instrumento quo crocodili capiuntur. Si Iustinum 12, 9 et Plut. Vit. Alex. c. 63 conferemus, apparebit hos quoque in notione sagittae consentire. Ex Curtio vero 9, 20 constat iaculum, quo Alexander vulneratus erat, revera fuisse genus harpagonis, ἐμβόλιον. Legimus enim: „donec Indus bicubitalem sagittam ita excussit ut per thoracem paulum super latus dextrum infigeret." Et porro c. 22 „corpore deinde nudato, animadvertunt hamos inesse telo nec aliter sine pernicie corporis extrahi posse, quam ut secando vulnus augerent." Et sequitur: „quippe ingens telum adactum erat et penetrasse in viscera videbatur."

p. 347. E. οἱ *πρώτως* ἐντυγχάνοντες καὶ ἱστοροῦντες συγγραφέα ei gratiam debent. Quis non mecum emendabit οἱ *πρῶτοι* ἐντυγχάνοντες, ii qui primi legunt scriptorem quendam historicum. De qua re cf. Cob. Nov. Lect. p. 440, 616.

p. 254. F. Bello exorto Milesios inter et Naxios, fortiter Erythraei duce Diogneto Milesios adiuverunt. Is e praeda Naxiorum Polycritam formosam audacisque ingenii mulierem capit et uxoris loco habet. Proditione Polycritae urbe capta, a civibus uxor maritum deprecatur: αὐτὴ δὲ πρὸς ταῖς πύλαις γενομένη τοὺς πολίτας ἀπαντῶντας αὐτῇ, μετὰ χαρᾶς καὶ στεφάνων ὑποδεχομένους καὶ θαυμάζοντας, οὐκ ἤνεγκε τὸ μέγεθος τῆς χαρᾶς, ἀλλ' ἀπέθανεν αὐτοῦ πεσοῦσα περὶ τὴν πύλην· ὅπου τέθαπται, καὶ καλεῖται βασκάνου τάφος, ὡς βασκάνῳ τινὶ τύχῃ τὴν Πολυκρίτην φθονηθεῖσαν ἀπολαῦσαι τῶν τιμῶν. Igitur summum gaudium non ferens exanimata ad ipsas portas concidit ibique sepulta est, quam ob rem „Invidiae Tumulus" ille locus appellatur, tanquam Polycritae sors invidisset ne honoribus frueretur. Γενομένη non coniungendum est cum πολίτας, nisi quis forte mihi explicet quid sit γίγνεσθαι τοὺς πολίτας, sed cum praecedentibus πρὸς ταῖς πύλαις, quare fit ut τοὺς πολίτας ἀπαντῶντας et cetera αἰωρῶνται verboque careant ad quod referantur. Credo igitur post θαυμάζοντας excidisse ἰδοῦσα aut tale quid.

p. 260. F. Διὸ καὶ θεραπεύων αὐτὴν ὁ Λάαρχος ἐμνηστεύετο, καὶ τὸν Βάττον ἠξίου παῖδα θέσθαι, γήμας ἐκείνην, καὶ κοινωνὸν *ἀποδείξας* τῆς ἀρχῆς. Haec non recte cogitata sunt. Non potest Learchus primo Battum iuvenem adsumere sibi socium

regni et deinde adoptare, verum ordo consiliorum hic erat: „matrem Batti volebat uxorem ducere, deinde adoptare ipsum Battum et postremo eum participem reddere imperii: quam ob rem censeo, una literula mutata, legendum esse: *καὶ κοινωνὸν ἀποδεῖξαι τῆς ἀρχῆς.*

p. 325. D. Rapimur in medias res: describitur obsidio Capitolii a. 389 a. Chr. n. a Gallis. Anseres, ut vetus fama est, Capitolium servaverunt: *Φύσει μὲν τὸ ζῷον εὐθορύβητον καὶ ψοφοδεές· τότε δὲ, συντόνου περὶ τοὺς ἔνδον οὔσης ἀπορίας, ἀμελουμένων αὐτῶν, λεπτὸς ἦν καὶ λιμώδης ὁ ὕπνος, ὥστε εὐθὺς ᾔσθοντο τῶν πολεμίων ὑπερφανέντων τῆς στεφάνης, καὶ καταβοῶντες ἰταμῶς προςεφέροντο, καὶ τῇ τῶν ὅπλων ὄψει μᾶλλον ἐκταραττόμενοι, κλαγγῆς διατόρου καὶ τραχείας ἐνεπεπλήκεσαν τὸν τόπον.* Ut videmus, in tota hac narratione occurrit, ut par est, aoristus: qua de causa subito hic offendit plusquamperfectum? Legendum igitur censeo: *ἐνέπλησαν*, quemadmodum legitur *ᾔσθοντο.*

p. 761. A. Quis vel mediocriter versatus in linguis moribusque antiquis mirabitur in „Libro Amatorio" quoque agi *περὶ τῆς παιδεραστίας*? Cleomachus postquam amasium rogaverat spectatorne vellet esse certaminis (contra Eretrienses), iuvene consentiente, fortiter pugnando occidit: *τάφον δ' αὐτοῦ δεικνύουσιν ἐν ἀγορᾷ Χαλκιδῆς ἐφ' οὗ μέχρι νῦν ὁ μέγας ἐφέστηκε κίων· καὶ τὸ παιδεραστεῖν πρότερον ἐν ψόγῳ τιθέμενοι, τότε μᾶλλον ἑτέρων ἠγάπησαν καὶ ἐτίμησαν.* Requiritur necessario *θέμενοι*: postquam antea puerorum amorem vituperave-

rant, quamvis olim reprehendissent illum morem, postea colebant et diligebant.

Sequuntur nonnulla exempla perversi temporum usus. Frequenter peccatum est in futuro cum ἄν, frequentius etiam aoristus male usurpatus est pro futuro: e. g. Πείσας οὖν τοὺς πολίτας ὁ Φόβος ἐξέπεμψε τον ἀδελφὸν ἄγοντα τοὺς ἐποίκους. Phobus igitur, permotis civibus, emisit fratrem qui colonos eo duceret, eo colonos ducturum. Ex ipsa rei natura apparet usum futuri in tali re necessarium esse: ἄξοντα igitur verum erit.

p. 760. B. Describitur dolus Phaylli qui inimicitias exercens cum Nicostrato de summo imperio, Philippo devertente Argis, sperabat fore ut rex sibi magistratum aut honores cuiusvis generis traderet, si uxorem suam formosam regis libidini permisisset. Quae quum intelligerent Nicostratus cum amicis, circa fores Phaylli obambulare solebant. Phayllus vero callidissime uxorem causia Macedonica ornatam, tamquam unum e regiis pueris, aliis ignotam regi submisit. In hisce legitur: Φάϋλλος ἐπίδοξος ἦν διὰ γυναικὸς διαπράξασθαί τινα δυναστείαν ἑαυτῷ καὶ ἀρχήν. Verba exspectandi, promittendi, iurandi, ut reapse apparet, regunt futurum tempus, ubi agitur de iis quae quis exspectat, promittit et iurat (se facturum esse). Quis igitur non mecum, una litera mutata, scribet διαπράξεσθαι?

Obiter levi mendo liberabimus locum sequentem p. 767. D. οἱ δὲ, παίδων δεόμενοι ἢ γυναικῶν, ὥσπερ οἱ τέττιγες εἰς σκίλλαν ἤ τι τοιοῦτο τὴν γονὴν ἀφιᾶσιν, οὕτω διὰ τάχους οἷς ἔτυχε σώμασιν ἐναπογεννήσαντες. Agitur de pluribus, praecedit enim

οἱ δὲ: verbum sequens igitur in plurali numero ponendum est et legendum: οἷς ἔτυχον.

p. 777. B. εἰ μὲν ἦς ἢ Βάτων ἢ Πολυδεύκης ἄσμενος ἄν σε προςεδεξάμην, ἐπεὶ δὲ υἱὸς Αἰμιλίου γέγονας, υἱωνὸς δὲ Σκηπίωνος τοῦ 'Αφρικανοῦ, οὐκ ἄν σοι διαλέξομαι. Duo vitia hanc sententiam maculant: primum ἦς, quae est posterior forma pro ἦσθα: deinde οὐκ ἄν σοι διαλέξομαι graecum non est. Ex praecedentibus apparet Plutarchum morem philosophandi cum viris principibus magni aestimare. Quam ob rem carpit eos qui sermones serere doctos se negant cum viris nobilibus. Quid oportebat dicere Panaetium, Scipione eum arcessente? Quod filius Aemilii es, nolo tecum disputare? Haec graece non sic exprimuntur: οὐκ ἄν σοι διαλέξωμαι. Scribendum puto: οὐκ ἄν σοι διαλεχθείην.

p. 780. D. Narrat noster uni ex regis Persarum cubiculariis hanc provinciam mandatam esse ut summo mane regem moneret curam gerere earum rerum, quas Oromasdes eum curare voluerat; et ita pergit: τοῦ δὲ πεπαιδευμένου καὶ σωφρονοῦντος ἄρχοντος ἐντός ἐστιν ὁ τοῦτο φθεγγόμενος ἀεὶ καὶ παρακελευσάμενος. Propter praecedens φθεγγόμενος et ut sententiae satisfiat, mutandum esse credo παρακελευόμενος.

THESES.

THESES.

I.

Hom. Od. 9, 504. Legitur:

φάσθαι Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον ἐξαλαῶσαι.

Legendum: φάσθαι Ὀδυσσῆα πτολίπορθον σ' ἐξαλαῶσαι.

Et ibid. 530. Editur:

δὸς μὴ Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον οἰκάδ' ἱκέσθαι.

Legendum: δὸς μὴ Ὀδυσσῆα πτολίπορθον Fοικάδ' ἱκέσθαι.

II.

Aeschyl. Prom. Vinct. vs. 480 sqq. legimus:

οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον,
οὐ χριστὸν, οὔτε πιστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων
χρείᾳ κατεσκέλλοντο cett.

Muta: οὐ χριστὸν, οὔτε παστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων.

III.

Soph. Antig. 1105 sqq. Editur:

Κρέων.

οἴμοι· μόλις μέν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι
τὸ δρᾶν· ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυσμαχητέον.

Χόρος.

δρᾶ νῦν τάδ' ἐλθὼν μηδ' ἐπ' ἄλλοισιν τρέπε

Puto, duobus versibus transpositis, legendum esse:

Κρέων.

οἴμοι· μόλις μέν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι.

Χόρος.

δρᾶ νῦν τάδ' ἐλθὼν μηδ' ἐπ' ἄλλοισιν τρέπε
τὸ δρᾶν· ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυσμαχητέον.

IV.

Thucyd. 3, 69. ἐβούλοντο οἱ Λακεδαιμόνιοι πλεῦσαι ἐς Κέρκυραν, δώδεκα μὲν ναυσὶ μόναις παρόντων Ἀθηναίων περὶ Ναύπακτον, πρὶν δὲ πλέον τι ἐπιβοηθῆσαι ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ναυτικὸν [ὅπως προφθάσωσι]. Delenda sunt quae inclusi.

V.

Thuc. 4, 36. Legitur: ὁ Μεσσηνίων στρατηγὸς λαβὼν ἃ ἠτήσατο, ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ὁρμήσας [ὥστε μὴ ἰδεῖν ἐκείνους] προβαίνων ἔλαθε περιελθών. Manifestum additamentum est ὥστε μὴ ἰδεῖν ἐκείνους.

VI.

Thuc. 4, 14. Οἱ δ' ἐν τῇ ἠπείρῳ [Πελοποννήσιοι] καὶ ἀπὸ πάντων ἤδη βεβοηθηκότες ἔμενον κατὰ χώραν [ἐπὶ τῇ Πύλῳ]. Praeter tria ultima verba, quae Badhamus delevit, Πελοποννήσιοι quoque ejiciendum puto.

VII.

Thuc. 7, 57. Ῥόδιοι δὲ καὶ Κυθήριοι, Δωριῆς ἀμφότεροι, οἱ μὲν Λακεδαιμονίων ἄποικοι [Κυθήριοι], Ῥόδιοι δὲ Ἀργεῖοι γένος, ἠναγκάζοντο πολεμεῖν. Dele: Κυθήριοι.

VIII.

Xenoph. Anab. I, 4, 4. Editur: ἦν γὰρ ἡ πάροδος στενὴ καν τὰ τείχη εἰς τὴν θάλατταν καθήκοντα, ὕπερθεν δ' ἦσαν πέτραι ἠλίβατοι· ἐπὶ δὲ τοῖς τείχεσιν ἀμφοτέροις ἐφέστασαν π ύ λ α ι.

Pro π ύ λ α ι legendum est: π ύ ρ γ ο ι.

IX.

Platon. Apol. Socr. p. 26. A. Editur: δῆλον γὰρ ὅτι, ἐὰν μάθω, παύσομαι ὅ γε [1]) ἄκων ποιῶ. σὺ δὲ ξυγγενέσθαι μέν μοι καὶ διδάξαι ἔφυγες κ α ὶ ο ὐ κ ἐ θ έ λ η σ α ς, δεῦρο δὲ εἰςάγεις cett.

Delenda: καὶ οὐκ ἐθέλησας.

X.

Platon. Cratyl. p. 440. D. ἀλλὰ πάντα ῥεῖ, ὥςπερ οἱ κατάρρῳ

---

[1]) Putabam ὅς γε legendum esse: nuperrime vero ex editione Schanzii vidi οὗ γε veram esse lectionem.

νοσοῦντες ἄνθρωποι, οὕτως οἴεσθαι καὶ τὰ πράγματα διακεῖσθαι [ὑπὸ ῥεύματός τε καὶ κατάρρου πάντα χρήματα ἔχεσθαι.] Deleantur quae inclusi. et pro διακεῖσθαι legatur: διαχεῖσθαι.

XI.

Platon. Soph. p. 246. C. Editur: τὰ δὲ ἐκείνων σώματα καὶ τὴν λεγομένην ὑπ' αὐτῶν ἀλήθειαν κατὰ σμικρὰ διαθραύοντες ἐν τοῖς λόγοις, γένεσιν ἀντ' οὐσίας φερομένην τινὰ προςαγορεύουσιν. Legendum: ἀληθῆ οὐσίαν.

XII.

Platon. Protag. p. 327. C. Legimus: ὅστις σοι ἀδικώτατος φαίνεται ἄνθρωπος τῶν ἐν νόμοις καὶ ἀνθρώποις τεθραμμένων. Legendum est: τῶν παρ' ἐννόμοις ἀνθρώποις.

XIII.

Platon. Protag. p. 312. C. καίτοι εἰ τοῦτ' ἀγνοεῖς, οὐδὲ ὅτῳ παραδίδως τὴν ψυχὴν οἶσθα, οὔτ' εἰ ἀγαθῷ οὔτ' εἰ κακῷ πράγματι. Legendum: οὐδ' ἐφ' ὅτῳ.

XIV.

Lys. X, § 30. Editur: οὐ γάρ πω ἤδη ὅτι ὑμεῖς τοὺς μὲν ἰδόντας τιμωρεῖσθε, τοῖς δ' ἀποβάλλουσι συγγνώμην ἔχετε. Legendum: τοὺς μὲν μείναντας.

XV.

Lucian. Dial. Mort. 3, c. 1. Legimus: σὺ δ' ἔοικας οὐκ ἐπιδεδημηκέναι Λεβαδείᾳ τὸ παράπαν, οὐ γὰρ ἠπίστεις σὺ τούτοις. Inserendum ἂν post γάρ.

XVI.

Liv. IV, c. 24. (Edit. W. Weissenborn). Leigitur: alios magistratus annuos esse, quinquennalem censuram. grave esse isdem per tot annos [magnam partem vitae] obnoxios vivere, se legem laturum, ne plus quam annua ac semenstris censura esset. Delenda sunt quae inclusi.

XVII.

Corn. Nep. Vit. Hannib. c. 10. Editur: Imperavit quam plurimas venenatas serpentes vivas colligi, easque in vasa fictilia coniici. Harum quum confecisset magnam multitudinem, convocat classiarios. Mutandum credo: quum conlegisset.

XVIII.

Caes. Bell. Gall. 2, 20. His difficultatibus duae res erant subsidio [scientia atque usus militum], quod superioribus proeliis exercitati, quid fieri oporteret, non minus commode ipsi sibi praescribere quam ab aliis doceri poterant, et quod ab opere singulisque legionibus singulos legatos Caesar discedere nisi munitis castris vetuerat. Delenda sunt quae inclusi.

XIX.

Justin. 12, 8. Motus (Alexander) his tam iustis precibus, velut in finem victoriae, castra solito magnificentiora fieri iussit, quorum molitionibus et hostis terreretur et posteris admiratio sui relinqueretur. Nullum opus milites laetius fecere.

Itaque caesis hostibus cum gratulatione in eadem reverterunt.

Legendum puto: caesis hostiis.

XX.

Liv. 23, 4. Accessit tum [post Cannensem cladem] ut, cuiusque aliqua verecundia erat, Romanum quoque spernerent imperium. Delenda quae inclusi.

XXI.

Caes. Bell. Gall. 2, 17. Adiuvabat etiam eorum consilium, quod Nervii antiquitus, cum equitatu nihil possent, quo facilius finitimorum equitatum, si praedandi causa ad eos venissent, impedirent, teneris arboribus incisis atque [inflexis crebrisque] in latitudinem ramis enatis et rubis sentibusque interiectis effecerant, ut instar muri hae sepes munimentum praeberent.

Iniuria novi editores uncinis inclusere: inflexis crebrisque.

XXII.

De naam van Held van Doggersbank moet met meer recht aan Kinsbergen dan aan Zoutman worden gegeven.

XXIII.

Wagenaar spreekt onwaarheid, waar hij, het bedwingen van Amsterdam in 1650 vermeldende, zegt dat de dankbetuiging der meeste provinciën aan Willem II „zo flaauwelijk" en „het werk haar tegen de borst was."

